DE ROMANO

PONTIFICE

TRACTATUS

AUCTORE

DOMINICO GUALCO

S. THEOLOGIAE AC JURIS UTRIUSQUE DOCTORE

et in R. Supergensi Academia
Juris Canonici et Ecclesiasticae Historiae
Professore ac Praeside

TOM. I.

AUG. TAURINORUM

EX TYPIS HYACINTHI MARIETTI

1837

De Romano
PONTIFICE
TRACTATUS

Auctore

DOMINICO GUALCO

S. Theologiae ac Iuris Utriusque Doctore

ET IN R. SUPERGENSI ACADEMIA
IURIS CANONICI ET ECCLESIASTICAE HISTORIAE
PROFESSORE AC PRAESIDE

TOM. I.

Augustae Taurinorum

EX TYP. HYACINTHI MARIETTI

1837.

« Ecclesiae Romanae privilegia Christi ore in B. Petro firmata, an-
» tiquitus observata, nullatenus possunt minui, nullatenus infringi,
» nullatenus commutari . . . A Christo donata, a Synodis non donata,
» sed jam solummodo celebrata. »

S. Nicolaus I. epist. 8. ad Michael. Imper.

CAROLO ALBERTO
Augustissimo Regi

DOMINICUS GUALCO

R. Supergensis Academiae Praeses

Cum hoc in more positum sit, Augustissime Rex, ut qui cujusvis generis opuscula typico mandant praelo, ea alicujus tutelae, ac patrocinio commendent; hasce mihi dissertationes concinnanti, non diu, multumque fuit haerendum, cuinam illas essem nuncupaturus, qui ea praeditus esset auctoritate ut posset, eaque benignitate donaretur ut hoc qualecumque opus amplecti ac tueri vellet: Tu siquidem il-

lico animo es obversatus, sub cujus faustissimis illud ederem auspiciis; cogitabam etenim hanc de Romano Pontifice opellam Regali dignitati pergratam, jucundamque futuram esse, cum dignitas Ecclesiastica Regiam provehat potius, quam adimat dignitatem, quasi quibusdam sibi invicem complexibus dignitas Ecclesiastica, et dignitas Regia occurrant (1), *Regnum, et Sacerdotium iungant se animis, quae juncta sunt institutis* (2), *et sicut duobus oculis humanum corpus temporali lumine regitur, ita his duabus dignitatibus in pura Religione concordantibus corpus Ecclesiae spirituali lumine regi et illuminari probetur* (3).

Te profecto minime latere etiam perpendebam, Deum cum civile commisit gubernium Zorobabel, Josedech vero sacrarum rerum administrationem, eosdem magnopere voluisse conjunctos. « *Ipse portabit gloriam et sedebit, et dominabitur super solio suo, et erit* » *Sacerdos super solio suo, et consilium pacis* » *erit inter illos.* (4) »

Penitus quoque perspectum mihi erat,

planeque cognitum haud Tibi dubium esse Civilem et Ecclesiasticam potestatem dum se vicissim praesidio tegunt, mutuae earundem consulere utilitati, et quemadmodum quidam auctor scribit (5) « *Les deux puissances veillent encore à leurs intérêts personnels, en veillant à leur mutuelle défense, puisque le Prince et la Religion se servent réciproquement d'appui. Le Prince sert la Religion en reprimant les crimes, en maintenant l'ordre, et la paix: la Religion sert l'État, en formant les moeurs des peuples, en imprimant dans le coeur des sujets le respect, et l'obéissance à l'égard du Souverain, et dans le coeur du Souverain l'amour des sujets. Le Prince, dit Bossuet, est le protecteur du repos public, qui est appuyé sur la Religion; et il doit soutenir son trône, dont elle est le fondement... Le respect envers le Souverain, dit Wolf, est l'ame de la société. Le salut même de la nation exige necessairement que la personne du Roi soit sacrée, et inviolable.*

« L'Eglise ne se borne pas à des préceptes: elle prend l'auguste personne des Rois sous une protection particulière . . . Mais si la religion oblige ses Pontifes à faire respecter les Princes de la terre, elle veut aussi que les Princes de la terre fassent honorer ses Pontifes. Les Princes Chrétiens l'ont toujours regardé comme une loi imprescriptible, dont l'exécution leur étoit confiée. »

Opus insuper hujusmodi in Academia elaboratum noveram quam Tu advertens Regiam potestatem non solum ad populi regimen (6) *sed maxime ad Ecclesiae praesidium esse collatam* (7), *erigere benigne es dignatus* (8), *mediaque quibus subsistat munifice suppeditas, ut ibi Ecclesiastici viri ex variis selecti Diaecesibus Sacris Canonibus, Ethicae Christianae, Eloquentiae, et Ecclesiasticae historiae sedulam navantes operam, sint deinceps sal terrae, scientiam salutis plebi Dei tribuant, vigilent ne in Agro Dominico vepres et spinae succrescant, ne veniat inimicus homo et super triticum seminet zizania, ac quae Jesu Christi*

quaerentes, omnibus omnia fiant ut omnes lucrifaciant, ac faciant salvos.

Huc accedit quod me innumeris Tibi devinctum beneficiis sentiebam, cum in Academiae erectione me selectum viderim ut Pro-Praesidis et Juris Canonici, atque Ecclesiasticae historiae Professoris officio fungerer, et nunc me novis cumulatum favoribus cerno dum me ejusdem Academiae Praesidem Tua dumtaxat singulari in me benevolentia constitutum intueor. Opus quocirca hujusmodi Tibi omnino debitum augustissimo Tuo Nomini inscribendum esse id mihi consilii fuit. Majora profecto Tibi necessario deberi agnosco, majora Tibi offerendi desiderium mihi inesse ingenue fateor; verum si meae nil magni promittere possunt vires, ingeniique mei tenuitas nihil Te dignum offerre valeat, conatus saltem unius ex Tui amantissimis perhumaniter excipe, exiguumque licet admodum quod Tibi offero munusculum pergratum, acceptumque habeto, velut observantissimi, gratique erga Te animi mei testimonium, ac argumentum.

Fove quaeso, Augustissime Rex, qua soles benignitate opusculum, quod ad Tuum Regale Solium provolutus Tibi sisto: quoad vita suppetat, me Tibi obsequentissimum addictissimumque assidue futurum polliceor. Interim Divinam precor Clementiam, obtestorque, ut ad populi salutem ac decus, publicae utilitatis incrementum, Ecclesiaeque praesidium diu multumque Te servet incolumem, atque ita fauste, quantum omnigenae Tuae promerentur virtutes, flagrantiaque voluntatis meae vota expostulant, jugiter fortunet.

NOTÆ

(1) Arnulph. in ep. ad Alex. III.

(2) S. Bernardus Ep. 244.

(3) Greg. VII. ep. 19. lib. 1.

(4) Zach. cap. 6. vers. 13.

(5) Auctor operis cui tit. de l'autorité des deux Puissances tom. IV. chap. 2. § 1., 2., 3.

« Maxime quidem in hominibus sunt dona Dei a superna » collata clementia, sacerdotium et imperium: et illud quidem divinis ministrans, hoc autem humanis praesidens, ac » diligentiam exhibens: ex uno eodemque principio utraque » procedentia humanam exornant vitam. » Novell. VI. quomodo oport. in princ. coll. 1. Vid. Bouchel bibl. can.

« (6) L'homme vivant en société, (inquit Auctor operis, cui » tit. de l'autorité des deux Puissances), doit vivre nécessai» rement dans la dépendence; que l'autorité cesse, dit Bossuet, » tout sera en confusion; le monde moral ne peut donc se » maintenir dans l'ordre, que par l'autorité qui fait vivre les » lois, qui anime tous les ressorts du gouvernement, qui » inspire les vertus, qui contient les passions, ou qui les fait » servir au bien public; par elle chaque citoyen soumis au » chef prend dans la société la place qui lui convient, il y » conserve par un juste équilibre entre une liberté, et un » assujettissement raisonnables, tous les avantages de la société » civile ... La Souveraine puissance, qui environne le trône » de son éclat, donne des chaînes à la violence, et à l'inju» stice, veille sans cesse au bonheur de tous. » Tom. 1. première partie chap. 1. max. 1., 5., 7.

Domat droit public l. 1. tit. 1. sect. 1. n. 6.-Puff. de jure Nat. et Gent. l. 7. c. 3. n. 1. et 2.-Bossuet Polit. part. 1. liv. 1. art. 3.-Card. Gerdil philosophiae moralis institut. cap. 5.

Quamobrem jure meritoque Gregorius PP. XVI. ep. Encyclica ad Episcopos, capitula, parochos, caeterumque clerum Helvetiae incip. *commissum divinitus* sic loquitur: « quos in » Christi, et Ecclesiae lege erudiendos susceperitis, illo simul » gravissimo praecepto imbuendos curate, saeculi etiam Po» testati esse parendum, latisque ab ipsa legibus de his, quae » ad civile reipublicae bonum spectant, non solum propter » iram; sed et propter conscientiam esse obsequendum, nec » licere illi unquam a fide illi debita turpiter deficere. »

(7) S. Leo epist. ad Leonem 74. edit. 1661.

De protectione a Sabaudiae gentis Ducibus, ac Regibus Ecclesiae semper praestita, sic scribit Pius VI. in ep. ad Victorium Amedeum III. « Sabaudiae gentis, Comites, Duces, Reges id sibi » summo esse opere entendum, in eoque laborandum judica» runt, ut in ditione universa sua locum error, in quo consis» teret, non haberet, perstaretque integra, atque incorrupta, » quam Cathedra Petri custodit, ac praedicat orthodoxa Re» ligio. »

(8) Regiae Eccl. Academiae Supergensis erectio die 21. julii 1833. peracta fuit vid. Regias Litteras diei 21. jul. 1833.

PRAEFATIO

Minime mirum, ut Pii VI. verbis utar, quotquot omnibus retro saeculis extitere, quibus antiquus humani generis hostis suum in Ecclesiam odium infudit, in primam Sedem irruere consuevisse, qua unitatis firmitas continetur, ut disijecto, si fieri posset, fundamento, ac dirempta Ecclesiarum cum capite conjunctione, qua potissimum nituntur, vigent, ac efflorescunt, ipsammet Ecclesiam, fractis viribus misere afflictam, ac dilaceratam, libertate spoliarent, qua Christus eam donavit, indignaeque servituti addicerent.

Hos inter procacis vir ingenii, nimium jam notus Eybel novo exemplo infesti sui in apostolicam Sedem animi testimonium edidit, qui libellum suis popularibus obtrudere properavit hac inverecunda inscriptione : Quid est Papa ? *quo decus Pontificiae dignitatis in sacerdotalis ordinis invidiam, popularisque caetus contemptum adduceret.*

Quo magis deploranda est praeceps ac caeca hominis temeritas, qui tot decretis damnatos errores infausto suo libello instaurare studuerit, qui dixerit, ac per multas ambages passim insinuarit : quemlibet Episcopum vocatum a Deo ad gubernationem Ecclesiae non minus quam Papam, nec minori praeditum esse potestate: Christum eamdem per sese apostolis omnibus potestatem dedisse. Quidquid aliqui credant obtineri et concedi solum a Pontifice

posse, idipsum sive a consecratione, sive ab ecclesiastica Jurisdictione pendeat, perinde obtineri a quolibet Episcopo: vim primatus hac una praerogativa contineri supplendae aliorum negligentiae, prospiciendi conservationi unitatis hortationibus et exemplo: Pontifices nihil posse in aliena diaccesi praeterquam extraordinario casu: Pontificem Caput esse, quod vim suam, ac firmitatem teneat ab Ecclesia: licitum sibi fecisse Pontifices violandi jura Episcoporum, reservandique sibi absolutiones, dispensationes, decisiones, appellationes, collationes beneficiorum, alia uno verbo munia omnia, quae singulatim recenset, atque velut indebitas, ac episcopis injuriosas reservationes traducit (1).

Cum autem Pontificum romanorum primatus, dicente Petro Ballerinio (2), *unum sit e praecipuis Christianae religionis capitibus, ex quo catholicae Ecclesiae bonum maxime pendet, quodque idcirco haeretici, et schismatici multis nituntur impetere; catholicorum munus esse ipsum propugnare, explicare, nemo orthodoxus revocabit in dubium;* « *adversarii enim, idest haeretici, inquit Bellarminus* (3), » *cum in aliis fere dogmatibus non minus inter se, quam* » *a nobis dissentiant, in hoc tamen omnes conveniunt, ut* » *totis viribus, summaque animi contentione romani Pon-* » *tificis Sedem oppugnent, nulli fuerunt unquam hostes* » *Christi, atque Ecclesiae, qui simul cum hac Sede bellum* » *non gesserint.* »

(1) Pius VI. Brev. super soliditate.
(2) Praefat. oper. de vi ac ratione primatus rom. Pontif.
(3) Bellarmin. praefat. de rom. Pontif.

Utque nobis innotescat qua potestate gaudeat romanus Pontifex Petri successor operis pretium est expendere:

1.° Qua potestate Petrus fuerit donatus.

2.° De primatu romani Pontificis Petri successoris agendum erit.

3.° De juribus disserendum romano Pontifici competentibus.

Scriptis equidem est adeo exculta res litteraria, ut ait Reclusio (1), *et per doctissimorum hominum elucubrationes artis impressoriae beneficio, ita in unaquaque facultate quotidie excolitur, ut hominis vita longe breviores sortiatur annos, quam perlegendis evolvendisque istiusmodi libris sufficiat. Id plures eo adducere constat, ut quos post diuturna studia emiserunt conceptus, publicam lucem aspicere haudquaquam patiantur. Verum quotquot hasce ob caussas in magnum studiosorum, posteritatisque detrimentum a tam necessario atque laudabili retrahuntur officio, imitatione dignos profecto non esse, laudatus auctor aperte declarat. Non solum enim nobis ex Platonis sententia* (2), *sed et aliis, posteritati ac patriae nati sumus, omniumque est, qui mortali hac aura fruuntur, aliis prout possunt, prodesse. In hoc mirum in modum Divinum concordat Oraculum illis Ecclesiast. verbis* (3): *« non mihi soli laboravi, sed omnibus exquirentibus disciplinam. »*

Haec proinde utcumque congesta in lucem prodire pa-

(1) Praefat.
(2) Vid. Genua tract. de scriptura privata ad Lectorem.
(3) Eccles. 33. v. 18.

tior, tum amicorum suasu, qui etsi acri polleant ingenio, plurimum nihilominus tribuentes amori, opus usura lucis non indignum censuere, tum etiam quia ut Baldus ait; « qui in aliqua disciplina laborarunt, adstringuntur ex de- » bito professionis quae mente conceperunt instar seminis » in lucem proferre. » (1).

Ingenii mei tenuitatem profecto agnosco, alteque animo illud Hieronymi defixum est (2). « *Grandes materias in- » genia parva non sustinent, et in ipso conatu ultra vires » ausa succumbunt; quantoque majus fuerit, quod dicen- » dum est, tanto magis obruitur, qui magnitudinem rerum » verbis explicare non potest.* » *Equidem non attendens ad notum memoratumque illud Satyrici,* « quid valeant humeri, quid ferre recusent: » *rem undequaque sublimem, humerisque meis longe imparem pertractare sum ausus: ast omnium scientiarum Auctorem,* qui os mutorum aperuit, et linguas infantium fecit esse disertas (3) *imbecillitatis meae adjutorem fore speravi.*

Neque quis me coarguat eo quod de apostolica Sede seu romano Pontifice pertractationem aggressus fuerim; quis enim taceat, inquit Joannes Baptista Braschius, ubi non de unius privati hominis, neque de alicujus tantum peculiaris, sed de totius universalis Ecclesiae negotio agitur? Constat etenim, scribebat s. Leo Papa IX., quod « quisquis romanae Ecclesiae auctoritatem, vel

(1) Vid. Pacem Jordanum praefat. ad lector.
(2) Hieronym. in Epitaphio Nepotiani.
(3) Sap. 10.

» *privilegia evacuare, seu imminuere nititur, non hic unius » Ecclesiae, sed totius Christianitatis subversionem et in- » teritum machinatur* (1). » *Omnium proinde digna est tutamine, qui tam excelsi corporis membrorum titulo decorantur: eo modo, quo decet filios jura matris tueri: manum indigenti capiti opitulari, Catholicosque universos pro universali Ecclesia certare: nam et pro Petro diris vexationibus agitato, cuncti Ecclesiae filii* orationem sine intermissione faciebant (2). « *Communis quippe est causa, inquit » s. Bernardus, nec est distinctio pusilli et magni; dolor » nempe in capite est, ac per hoc minime alienus ne a » minimis quidem, vel extremis quibusque partibus, nec » ergo a nobis* (3). »

Dum haec scriberem, hanc consilii mei rationem fuisse ingenue fateor, ut hujusmodi scilicet opusculo utiliora ac meliora a tot doctoribus, pluribus voluminibus conscripta complecterer, quae nec sine magnis impensis parari, nec sine summa temporis jactura evolvi posse explorata res est. Atque ita omni enixus sum studio eo perfungi labore quo communi lectissimorum Academicorum quos Ecclesiastica jurisprudentia et historia imbuendos suscepi, omniumque juris Pontificii studiosorum utilitati inservirem; atque utinam quod in votis habui, sim assequutus!

In coagmentando libro, illud etiam prae oculis habui, ut quemadmodum jam scribebat Joseph Aloysius Assema-

(1) S. Leo IX. epist. ad Michael. cap. 36. inter oper. s. Leon.
(2) Act. 12.
(3) S. Bernard. epist. 242. Braschius t. 1. praemonit. ad lector.

nus (1), *apes imitarer, quae ex floribus undique constitutis liquorem colligunt, et in favum mellis disponunt; sic et ego scilicet argumentum versavi ut ex clarissimis quibusque scriptoribus totam materiam prudenter carperem ac seligerem, singula ex scriptoribus deprompta sincere proprio tribuens auctori: adeo ut mihi cum Paschasio Ratberto* (2), *dicere fas sit « expositio mea multorum est eruditorum et » doctorum quos antiquior tulit aetas et firmavit auctoritas » veritatis. »*

Non sum nescius, ut Vinnii verbis utar (3) *cum ea quae ab aliis tradita sunt huc transfero, fore ut mea haec opera in multorum reprehensionem incurrant. Neque enim defuturi sunt qui me vel arrogantiae insimulabunt, vel stultitiae, quod operam in eam rem insumpserim, quae a gravissimis auctoribus luculentissime pertractata est. Alterutrum enim esse necesse, ut aut his meliora promere me posse crediderim, aut nihil agere voluerim profecto. Illud temerarium, superbum, arrogans: hoc vero stultum, et inane... Non existimo nefas esse ea quae semel ab aliquo pertractata sunt, iterum sub incudem revocare; nam quis unus eo unquam felicitatis pervenit ut suis unius vigiliis aliorum praescriberet, praejudicaretque industriae? Porro etsi aliorum scriptis, quae in hoc genere extant luculentissima, tantum tribuam quantum*

(1) Assemanus epist. dedicator. oper. de Ecclesiis earum reverentia et asylo.

(2) Paschasius Ratbertus praefat. ad lib. 6. comment. in Matth. bibl. PP. t. 14.

(3) Arnoldus Vinnius epist. dedicator. oper. Partition. jur. civil.

amplitudini debetur eorum qui tam praeclara nobis pepererunt; tamen non video cur ea nostrum hoc institutum retardare debuerint. Nihil ne agunt qui quae ab aliis bene inventa sunt, tuentur, qui his suum judicium, suum scribendi ordinem adjungunt, qui imperfecta explere satagunt, supervacua resecare? Nihil qui ex amplioribus et gravioribus aliorum monumentis ea colligunt, quae a tenuioribus ingenii et citius percipi, et perfectius cognosci, et melius retineri possunt? Profecto longe alia et veterum omnium ratio et recentiorum fuit, qui idem in reliquis artibus et disciplinis omnibus factitarunt.

Accedit quod sicuti scribebat Augustinus (1), « *neque » omnia quae ab omnibus scribuntur, in omnium manus » veniunt, et fieri potest, ut nonnulli, qui haec nostra » etiam intelligere valent, illos planiores non inveniant li- » bros, in istos saltem incidant. Ideoque utile est plures a » pluribus fieri diverso stylo, non diversa fide, etiam de » quaestionibus eisdem, ut ad plurimos res ipsa perveniat » ad alios sic, ad alios autem sic.* »

Communes doctorum opiniones sum secutus quas non ita facile parvipendendas sibi persuasum manere Benedictus XIV. testatur. Plerique enim, ut animadvertit Cabassutius (2), *receptas et probatas viris praestantioribus, qui in disciplinis investigandis indefesso studio, miraque ingenii felicitate versati sunt, sententias amore novitatis fastidientes, doctrinas recentes consectantur. Istudque etiam*

(1) Augustin. lib. 1. de Trinitat. cap. 3.
(2) Cabassutius admonit. ad lector.

fere solet vitium in doctorum hominum, acerrimoque ingenio praeditorum commentationes obrepere, inquit Gerdil, ut cum in rerum difficilium investigatione inusitatas vias indagare coeperunt, continere se postea vix possint ac nimio quasi quodam impetu animi elati longius digrediantur, quam cogitata ratio postulet. Non enim ingeniosi homines plerumque student cogitationes suas ad res ipsas accommodare; verum postquam se, ingeniumque suum in omnem partem versarunt, suntque in longa meditatione defatigati, si quid tandem emergit, quod aut novum, aut subtiliter inventum esse videatur, id facile in rerum naturam, natura ipsa quandoque repugnante, transferunt (1). *Isti sane quibus aures ad novitates pruriunt, inquit idem Cabassutius, cum animi levitate ducantur veram et solidam rerum cognitionem nullatenus assequi valent.*

Unicuique persuasum esse vellem, me nullo partium studio arreptum hanc pertractationem suscepisse, solius justitiae, solius pacis, solius caritatis perorasse studio, nihil pro certo ac definito venditasse quod reipsa definitum non sit, nihil captiose a me fuisse prolatum; solertemque fuisse, ut quae statuo, firmis graviorum scriptorum innitantur testimoniis, quocirca errare quidem potero, cum infallibilitatis privilegio minime gaudeam; ast malitia suggerente nullatenus in errorem impingam.

Statum fixumque illud mihi semper fuit ut cum Tho-

(1) Gerdil orat. habita in R. Taurin. Academ. nonis novembris 1750.

massino loquar (1), *obsequi rationi non praeire. Non sum nescius, quantum ab hac scribendi ratione abhorreant quibus solemne est nunquam diu haesitare, statim affirmare quidvis; ante rem decernere quam deliberare, ubi decreverint, tunc deliberare, imo vero tum rationes conquirere, quibus id efficiant, quod sine ratione jam perfecerant... Placet vulgo hominum brevis illa et decretoria disserendi ac scribendi ratio; quia blanditur praecipiti nostrae et morarum impatienti, sciendi, vel jubendi cupiditati. In genere autem omni scientiarum non video, unde plura impendeant pericula quam ex hoc ardore praefestino eorum, qui non verentur a recta aberrare via, dummodo semper accelerent et progrediantur. In hisce certe studiis, quae in factorum legumque cognitione plerumque sita sunt, multo plus periculi mihi videtur esse, ne praepropera festinatione tua, et erres ipse et alios in eumdem errorem trahas. Non tam ratio enim hic quam auctoritas dominatur. At amo, ut ajunt, sub his auctoritatibus delitescere. Qui me tam pulchro convitio verberant, ne ipsi quidem negare possunt, quin quod crimini vertunt, in laudem redundet meam: ubi enim de re qualibet sententiam dixere Pontifices, Synodi, Patres, num aliae possunt esse partes meae, quam ut assentiar, plaudam, conticescam? An non impudentis et mortalium insulsissimi ego partes agerem, si ubi Pontifices, Patres, Concilia dixere, et edixere, tum meam quoque sententiam expectari censerem?*

(1) Thomassin. praefat. op. de Vet. et nov. Eccl. discipl.

Caeterum quae dixi, dicta esse intelligo, salvis semper concordatis inter s. Sedem, et augustissimos Reges initis.

Sectatus sum brevitatem plerisque amicam, ut loquitur Lessius (1), *selectiora persequens. In rebus claris auctores plurimos adducere supervacaneum duxi et lectori molestum; textuum quoque multitudinem vitare studui, satius esse ducens paucos firmos, quam dubios in medium proferre et lectoris eludere studium.*

Styli perspicuitatem, non affectatam elegantiam curo, nos siquidem, ut ait Salvianus (2), *qui rerum magis quam verborum amatores, utilia potius quam plausibilia sectamur; neque id quaerimus ut in nobis saeculorum ornamenta, sed ut salubria rerum emolumenta laudentur. Hoc ipsum infructuosum saltem non erit quod prodesse tentavi: mens enim boni studii, ac pii voti, etiamsi effectum non invenerit boni operis, habet tamen praemium voluntatis.*

Nec postulo, ut ajebat Mascardus (3), *id quod nulli adhuc scriptori accidit, ut mea scripta nullum obtrectatorum sermoni locum relinquant: non enim ignoro huic malo remedium, nisi si tacuerim, nihilque scripserim, inveniri posse nullum.*

Illud quaeso, persuasum habeant (lectores), ut Thomassini verbis utar (4), *ab uno illo potissimum me procul esse vitio, ut nullius scriptionem meam vitii et culpae affinem*

(1) Praefat. op. de Justitia et jure.
(2) Salvianus praefat. lib. de Guber. Dei.
(3) Mascardus praefat. op. de probationibus.
(4) Thomassin. cit. loc.

existimem; paratissimumque esse me, quidquid emendandum amice monuerint, incunctanter emendare, suae quoque ipsorum gloriae majori cessurum cogitent, et proximorum aedificationi, atque utilitati, si benevole moneant, et labenti manum porrigant, quam si inexorabili censura in me saeviant. Non quo non praesto sim vel sic errores recantare meos, sed et mihi optatius est, et ipsis conducibilius, concordia et unanimitate nostra prodesse fidelibus, in arcana veritatis, duce et comite ingredi charitate, reprehensiones, mutua et humilitate et mansuetudine condire, non nostris tantum, sed et aliorum erratis ingemiscere, nullos aliorum lapsus alienos a nobis putare; tam ex animo gratulari et gestire, si illis, quam si nobis singularis affluat eruditio. Id enim mutua negotiatur charitas, ut quorum inopes sumus privatim bonorum, eorum copia in fratribus abundemus.

Non ego, ut aiebat s. Gregorius Nazianzenus, adversarios contumeliis et conviciis lacesso, quemadmodum plerique faciunt; non cum dogmate, sed cum dogmatis assertore confligentes, ac rationum et argumentorum infirmitatem maledictis interdum contegentes. Ab improperiis me, modestia sic docente, subsisto, libenter a scommatibus et mentem averto et linguam compesco et calamum tempero (1). *Hinc cum neminem unquam pupugerim, non injuria spero et ipse ab aliis parem lenitatis vicem. Ita nimirum, mihi semper visum est, acerbiores hominum et*

(1) Vid. Braschium cit. loc.

opinionum dissensiones, quaerendae veritati, vel maximo esse impedimento (1).

Quocirca, humanissime Lector, te oro obtestorque, ut si quid in hisce dissertationibus tua cognitione dignum existimaveris, id divinae gratiae tribuas, errata autem humanae imbecillitati remittas, atque jam cum Ovidio concludam.

Et veniam pro laude peto, laudatus abunde
Non fastiditus, si tibi Lector ero.

(1) Thomassin. cit. loc.

DE S. PETRI

AC

ROMANI PONTIFICIS

EJUSDEM SUCCESSORIS

PRIMATU

DISSERTATIO I.

DE S. PETRI PRIMATU.

Ad Patrem et ad triumphantem Ecclesiam Christus ex militanti reversurus necessarium duxit aliquem ecclesiae a se in terris constitutae Praesidem relinquere (1). Hinc Petrum universi fidelium generis caput et Pastorem constituit, ut qui ei successisset eamdem plane totius ecclesiae regendae et gubernandae potestatem habere voluerit (2).

CAPUT I.

Validissimum pro Petri Primatu momentum ex verbis Matth. 16. depromptum.

Petri Primatum probaturus ex verbis quae leguntur Matthaei cap. 16. exordior. Narrat Evangelista « Venit » Jesus in partes Caesareae Philippi, et interrogabat Di» scipulos suos dicens, quem dicunt homines esse Filium » hominis? » A Christo hic non unicus D. Petrus, sed discipuli omnes interrogantur et responsioni satisfecerunt, suo modo omnes dicendo: « Alii Joannem Baptistam, alii autem » Eliam, alii vero Jeremiam, aut unum ex Prophetis. Di» cit illis Jesus: Vos autem quem me esse dicitis? Respon» dens Simon Petrus dixit: Tu es Christus filius Dei vivi. » Respondens autem Jesus dixit ei: Beatus es Simon Bar» Jona; quia caro, et sanguis non revelavit tibi; sed Pa» ter meus qui in Coelis est. Et ego dico tibi, quia tu es » Petrus, et super hanc petram aedificabo Ecclesiam

(1) *Joan. Baptist. Argiro Disceptation. Ecclesiast. discept. 1. n. 4.*
(2) *Catechism. Conc. Trident. part. 1. cap. 10. n. 13.*

» meam. » Card. Petra (1) animadvertit verba relata a Christo ad s. Petrum dirigi, eumque esse petram illam, super quam Christus aedificandam Ecclesiam dicit. « Tot enim, » ait ille, indiciis et circumstantiis personam hanc Christus » delineavit, expressis Petri cognomine, patre, pronomine » demonstrativo, dictione copulativa, aliisque characteri- » bus, ut, quemadmodum recte notavit Cajetanus (2), non » plus agere, aut scribere posset notarius, ut haeredem in in- » strumento publico exprimeret, quam Evangelista designa- » vit delectum a Christo s. Petrum. Quorsum enim dicit » Dominus Simoni filio Jonae: *Tu es Caephas* hoc est saxum, » nisi ut intelligeremus cum e vestigio addit: *et super hanc* » *petram aedificabo Ecclesiam meam*: ipsissimum Petrum » esse, super quem esset Ecclesia aedificanda? Profecto » textus originalis Matthaei, et versiones fere omnes he- » braea, arabica, persica, armenica, ruthena, egyptiaca, » et ethiopica apud cardinalem Perronium id expresse » demonstrant: non enim habent *Petrus, sed tu es rupes,* » *tu es petra, tu es caephas, tu es saxum etc.* Inter- » pres vero latinus textum graecum sequutus est, in » quo habetur *Petrus* loco ly *Petra*, eo quod tam unum, » quam alterum vocabulum in graeco significat lapidem, » visumque ipsi fuit homini potius nomen masculinum » tribuere, quam foemininum, ut advertit Bellarminus, » et consonat certa et constans traditio ss. Patrum, » quos adducunt Maldonatus (3), et Bellarminus (4). »

(1) *Commentar. ad Constit. apostol. Constit. 10. Pii II.*

(2) *Cajetanus tom. 1. opusc. 3. c. 4.*

(3) *Maldonatus in cap. 16. Matth.*

(4) *Bellarm. lib. 1. de Summ. Pontif. cap. 10. et 13. Auctor operis cui tit. Italus ad Febronium epist. 3. respons. 1. 27. 29. Vid. Zacharia Anti-Febronio dissertaz. 1. cap. 4. Card. Gotti Vera Chiesa di Cristo t. 2. par. 1. art. 1. §. 2. Vid. Dominicum a ss. Trinitate de Summ. Pontif. Rom. sect. 4. cap. 2.*

ARTICULUS I.

Verba Matthaei 16. alios etiam Apostolos minime complectuntur.

Inepte prorsus quis diceret textu Matthaei 16. omnes alios quoque Apostolos comprehendi : si enim res ita se haberet, cur Christus ad solum Petrum verba sua direxit? Si duodecim clerici, inquit auctor operis cui titulus Italus ad Febronium, a Rege fuissent vocati, ut ab iis perciperet, quid de se exteri et subditi dicerent : si aliqui ex his sua elogia, quae sparsim audierant, referrent; quod alii eum pro Monarcha pio habeant; alii pro justo et pro forti et his similia recenseant. Quibus perceptis Rex subderet : vos autem quem me esse dicitis ? Si tacentibus aliis, unus solus diceret: *Vestra majestas est Rex ab omnibus summopere dilectus*, et Rex illico responderet: *Te Ducem in regno meo opportuno tempore constituam, et primum ministrum in universa ditione mea creabo : quidquid egeris bene actum penes me erit etc.*: nullus unquam dicet clericos illos duodecim ad dignitatem Ducum, et administratorum fuisse aeque elevatos; neque dicet clericum illum nomine aliorum fuisse colloquutum. Imago utrobique viget (1). « Allorchè, inquit Gerdil, vuole Cristo consumare il mistero dell'Unità, dice Bossuet nel sermone sull'Unità non parla più a molti. Designa Pietro personalmente col nuovo nome che gli ha dato. Egli è un solo che parla ad un solo; Gesù Cristo figlio di Dio, a Simone figlio di Giona. Gesù Cristo che è la vera Pietra, e forte per se stesso, a Simone che non è Pietra se non per la forza che Gesù Cristo gli comunica : questi è quello, a cui parla Gesù Cristo, ed in parlandogli opera in lui, e vi imprime

(1) *Auctor operis cui tit. Italus ad Febronium epist.* 3. *resp.* 1. *p.* 30.

il carattere della sua fermezza. « Ecco, subdit Gerdil, secondo la predicazione di Bossuet, onde viene la forza, e la fermezza del Primato. »

Idipsum mirifice quoque clarissimus Muzzarelli confirmat, ita scribens: « Questa promessa è fatta a Pietro, e non è fatta agli altri apostoli. E perchè? Perchè Pietro è quello che ha meritato questa grazia riconoscendo singolarmente la divinità di Gesù Cristo; e perchè Gesù Cristo parla a Pietro solo, e non agli altri. E vi sarebbe cosa più ridicola, quanto il volere come pretendono alcuni che Gesù Cristo abbia cominciato il suo discorso con Pietro dicendo: « io ti dico che tu sei Pietro », e poi abbia voluto ragionare di tutti gli apostoli, o di tutta la Chiesa, o di se stesso dicendo « e sopra questa pietra edificherò la mia Chiesa, » e poi abbia di nuovo rivolto a Pietro il suo parlare dicendo, « e a te darò le chiavi del regno de' Cieli? » Se le prime parole « io ti dico che tu sei Pietro: » non hanno relazione e connessione colle seguenti « e sopra questa pietra edificherò la mia Chiesa » io vi domando che significato, che fine, che proprietà hanno in se stesse quelle prime parole? Prendetele pure se vi piace da sè sole, « io ti dico che tu sei Pietro. » Bella notizia che Gesù Cristo dava a Pietro, cioè di un nome ch'egli già portava da qualche tempo, e questa notizia a che proposito? Pietro avea detto di Gesù Cristo ch'egli era il figliuol di Dio, cosa espressiva in se medesima, e sino a quel punto ignota a tutti. E Gesù Cristo quasi in ricompensa di questa confessione gli manifesta ch' egli si chiama col nome di Pietro. In verità bella notizia! Ma no, Pietro si chiamava prima soltanto Simone, e da Gesù Cristo medesimo quand' egli si pose a seguirlo ricevette il nome di Pietro. Tanto peggio. Forse saltò in capo a Gesù Cristo d'imporre per ischerzo a Simone un nuovo

nome senza fine, senza allusione, e senza significato? E se v'era un fine, un'allusione, un significato, qual'era, o qual'esser poteva, se non la promessa fattagli appunto in quest'occasione? « E sopra questa pietra edificherò la mia Chiesa. » Così connettendo le prime parole alle seconde, Gesù Cristo ha favellato con proprietà, e con significato. In altra maniera egli ha parlato dello stile più ridicolo, in cui possa esprimersi il più inetto e rozzo uomo del volgo » (1).

ARTICULUS II.

Petrus aliorum omnium Apostolorum nomine non respondit.

Si D. Petrus non in propria, et singulari persona, sed omnium aliorum apostolorum nomine, sive, quod idem est, per modum praeconis respondisset, vel id praestitisset, inquit Dominicus a ss. Trinitate, quod caeteri apostoli hanc illi provinciam demandassent consultatione quadam inter se prius facta, vel quod sciret quid illi responsuri essent; neutrum autem dici potest, videturque esse manifeste contra textus Evangelici veritatem, in quo solum Petrum non ex aliqua consultatione humana, sed ex revelatione Patris praeclaram confessionem suam didicisse legimus; ait enim Dominus: *Caro et sanguis non revelavit tibi*, indeque ss. Patres Hilarius (2), Chrisostomus (3), Cyrillus Alexandrinus (4), Augustinus (5), Leo (6), docent

(1) *Muzzarelli buon uso della logica in materia di Religione t. 1. p. 112. 113.*
(2) *Hilarius lib. 6. de Trinit.*
(3) *Chrisost. Homil. 55. in Matth.*
(4) *Cyrillus Alexandrinus lib. 12. in Joan. cap. 64.*
(5) *Augustin. serm. 124.*
(6) *Leo serm. 11. de Passione et 2. de ss. Petro et Paulo.*

Petrum ita primum esse loquutum ut nesciret quidem, quid alii de ea re sentirent (1).

Clarissimum etiam Jacobum Mazio audire praestat hac de re ita scribentem: « Cotesta asserzione, che s. Pietro nella sua professione di fede rappresentasse il collegio Apostolico, e parlasse per tutti, e in nome di tutti, è affatto priva di fondamento. Converrebbe dire che s. Pietro ciò facesse o per ufficio come già capo del Collegio apostolico, o per commissione di questo. Ma è falso il primo supposto, perchè come riflette il Bolgeni: « il pri-
» mato fu bensì promesso allora a s. Pietro, *tibi dabo*
» *claves*, *aedificabo* etc.; ma allora non gli fu conferito;
» e poi la promessa medesima fu susseguente alla confes-
» sione, non fu antecedente. Dunque quando s. Pietro
» fece questa confessione non era capo del Collegio apo-
» stolico nè *effettivamente*, e neppure per promessa di
» Gesù Cristo. » Il secondo supposto, che s. Pietro parlasse per *commissione* degli apostoli, non solo rilevasi punto nè poco dal sacro testo, ma viene positivamente escluso e contraddetto da tutto il contesto del citato passo di s. Matteo, dal quale è altresì evidente che Gesù Cristo volle con la promessa di un distinto premio rimunerare in Pietro *un merito distinto*, e *proprio di lui solo*, merito consistente nella prontezza, chiarezza e pubblicità della sua confessione » (2).

(1) *Dominicus a ss. Trinitate de Summo Pontifice Rom. sect.* 4. *cap.* 2.

(2) *Mazio Annali delle scienze Religiose vol.* 2. *n.* 4. *Roma* 1836. *pag.* 66.

ARTICULUS III.

Nil adversus Petri Primatum colligi potest ex eo quod caeteri etiam apostoli clavium potestatem acceperint.

Adversus Petri Primatus hostes opponentes clavium potestatem etiam caeteris apostolis fuisse collatam afferre juvat Gerdilium ita ex Bossueto scribentem : « Monsignor Bossuet in quel sermone sull' Unità, ch' ei pronunziò nell' apertura dell' assemblea dell' an. 1682., osserva come volendo Cristo stabilire il principio dell'unità della Chiesa, diede in primo luogo a s. Pietro solo, ed in tutta la sua pienezza la potestà delle chiavi, prima che di questa facesse partecipi gli altri apostoli, ed è questo un fatto, che consta dal Vangelo, conforme al quale saggiamente rileva il dotto Prelato, come « l'intento di Cri- » sto era manifestamente di riporre primamente in un » solo ciò, che in appresso pose in più altri : » Ma segue Bossuet, la concessione, che si fa in appresso, nulla toglie a quella che ha preceduto. Quella prima parola, *quodcumque ligaveris* detta al solo s. Pietro ha diggià subordinati al suo potere ciascun di quelli, ai quali sarà detto in appresso: *quorum remiseritis etc.* che sono gli altri apostoli : imperocchè le promesse di Cristo sono, come i suoi doni *sine poenitentia*, e ciò che fu dato una volta indefinitamente, ed universalmente, è irrevocabile. Oltrechè la podestà, che si spartisce a più e più, porta la sua restrizione nel suo spartimento; laddove la podestà data ad un solo sopra tutti, e senza eccezione porta seco la pienezza, nè avendo da dividersi con altri, non conosce altri limiti fuorchè i prescritti della regola. « Adunque in primo luogo, subdit Gerdil, se la podestà delle chiavi riposta da principio nel solo s. Pietro fu podestà

indefinita, universale, senza eccezione, e sopra tutti, se la parola di Cristo nel conferirgli una tal podestà gli assoggettò da quel momento quelli stessi, ai quali volea farne parte in appresso, egli è di tutta evidenza, che in virtù di siffatta podestà, qual da principio fu data al solo s. Pietro, ebbe il solo s. Pietro, ed ebbe in tutta la sua pienezza l'ordinaria, ed immediata podestà di reggere tutto il gregge. Che se in secondo luogo la partecipazione, che dalla podestà delle chiavi fu in seguito fatta da Cristo agli altri apostoli, nulla tolse a quella pienezza, ed universalità con cui fu da prima riposta in s. Pietro, egli è di uguale evidenza, che anche dopo la sopravvenuta partecipazione ritenne s. Pietro in tutta la sua pienezza la stessa ordinaria, immediata podestà su tutto il gregge, che gli fu data irrevocabilmente da principio. E siccome in terzo luogo tutta quella podestà che a s. Pietro fu data in ordine al regime universale della Chiesa, dovea trasmettersi ai suoi successori, ne viene in conseguenza, che ha sempre dovuto perseverare nei romani Pontefici successori di Pietro l'ordinaria immediata podestà conferitagli da principio di pascere tutto il gregge (1). »

« Profecto praeclarae hujusce doctrinae quam Bossuetius latius exposuit, summa refertur ad haec duo capita, ut ait Gerdil 1. Ecclesiasticae potestatis plenitudinem super omnes, et sine ulla exceptione uni et soli Petro primitus a Christo datam, idque antea quam in alios apostolos diffunderetur. 2. Per illam partitionem, qua potestas Clavium in caeteros apostolos deinceps diffusa est, nil detractum fuisse de potestatis plenitudine, quae primitus in uno, soloque Petro viguit sine ulla exceptione super ipsosmet apostolos,

(1) Gerdil *Apologia compendiosa del Breve super Soliditate* t. 13 p. 139. 140.

quos Christus prima illa singulari alloquutione Petro subjecerat. »

« Quid ex duobus hisce capitibus consequens sit, patet jam per sese. 1. Si primitus in uno Petro tota viguit plenitudo Ecclesiasticae potestatis, tum profecto unus Petrus utpote solus Dux et Pastor universi gregis ordinariam certe et immediatam in universa Ecclesia jurisdictionis potestatem obtinuit. »

« 2. Si partitio quae subinde facta est in caeteros apostolos nil detraxit de pristina illa plenitudine in solo Petro primitus collocata, certe Petrus, posteaquam caeteri etiam apostoli potestatem clavium accepere, totam quoque retinuit pristinam illam super universum gregem ordinariae, et immediatae jurisdictionis amplitudinem, quam cum plenitudine potestatis super omnes, et sine ulla exceptione primitus acceperat.

« Summa doctrinae Cl. Antistitis hac brevi conclusione comprehenditur. Uni et soli Petro primitus data est a Christo potestatis plenitudo super omnes, et sine ulla exceptione; primitus ergo Petrus habuit ordinariam et immediatam jurisdictionem super universum gregem, ac nominatim in ipsosmet etiam apostolos, quos alloquutione illa prima Christus sub Petri potestatem redegerat; atqui nil postea detractum est de tota illa potestatis plenitudine quam semel et sine poenitentia Christus in Petrum contulit; ergo si primitus Petrus cum potestatis plenitudine ordinariam super omnes, et immediatam jurisdictionem accepit, eam postmodum in successores prorogandam retinuit (1). »

Audiendus etiam est hac de re sapientissimus Capellari nunc s. Pontifex Gregorius XVI. « Se il poter delle chiavi

(1) *Gerdil t. 13. p. 208. et seq. adnotat. 1.*

fu conferito a s Pietro in premio della sua confessione, come lo fu l'essere costituito pietra e fondamento, è un diritto primaziale . . . . . Se il diritto delle chiavi fu a Pietro direttamente conferito come privilegio di sua primazia, in esso rifonderà un'autorità Sovrana . . . questo poi per essere primaziale, ha la stessa natura degli altri primaziali privilegj. Ciò posto discorriamo così. La primazia deve essere operosa, attiva, efficace, ed autorevole al dire del medesimo Tamburini; dunque gli stessi privilegj, che la costituiscono, dovranno essere tali, ma contro di essi abbiam sentito dal Signor ex-professore, che non può farsi prescrizione veruna, dunque nemmeno contro la loro attività ed efficacia; ma sospendendone l'esercizio, si farebbe questa prescrizione, dunque non potrà venir esso sospeso, dunque nemmeno il potrà l'esercizio del diritto di governare. Ma non potendosi sospendere l'esercizio, il diritto è indipendente.

Vengano qui i giansenisti, e dicano che Cristo conferì nonmeno agli altri apostoli questo diritto. Conferì è vero il potere di sciogliere, e di legare, ma dipendente sempre dal potere sovrano di Pietro, ed un solo riflesso basta a convincerlo. Perciocchè il supremo dominio non si esprime tanto nel legare, e nello sciogliere, quanto nel possesso delle chiavi, che importa un potere indipendente di governo. Molti ne hanno l'esercizio, benchè non ne abbiano l'indipendente possesso; dove si avverta che Gesù Cristo disse al solo Pietro *tibi dabo claves etc.* agli altri poi semplicemente, *quorum remiseritis peccata etc.* senza far delle chiavi menzione veruna. Si dirà che in ciò precisamente esse consistano, e che quindi era superfluo il nominarle? rispondo, dunque a pari superfluamente le nominò Cristo con Pietro, quando nulla più significassero, che il solo ministero di legare e di sciogliere. Non si

potranno giammai i Novatori liberare da questo nodo, se non ammettono nei vescovi il dritto di sciogliere bensì, ma con subordinazione a s. Pietro, che solo le possiede, e che quindi è il canale degli stessi vescovili diritti, come la intendono i Padri » (1).

Neque silentio clarissimum Muzzarelli praeterire debemus cujus haec sunt verba, « Abbia pur ricevute Pietro le chiavi, per comunicarle anche agli altri apostoli, e ai lor successori; ma egli non può perderle, perchè egli solo a preferenza degli altri le ha ricevute in consegna: non possono le chiavi essere strappate di mano a quegli, da cui gli altri dipendono nell'uso di queste chiavi medesime; non può esserne trasferito il principal dominio da esso lui in un corpo qualunque, perchè Gesù Cristo le ha consegnate immediatamente alla di lui persona, e non vi è in terra potestà veruna, che possa variare un' instituzione divina. Pietro adunque possiede la podestà immediata delle chiavi, in conseguenza egli può esercitarla indipendentemente dagli altri; niuno può esercitarla indipendentemente da lui, che la comunica agli altri. Sia pure stata data da Gesù Cristo a tutti gli apostoli la podestà di sciogliere, e di legare; ma Pietro l' ha ricevuta anche in particolare, il primo, e da se solo, per usarne anche senza il consenso degli altri, e indipendentemente da loro; là dove gli altri l' hanno ricevuta insieme con Pietro, e non senza dipendenza da lui. Pietro riceve questa podestà, e in particolare, e in comune insieme cogli altri? Ma nessuno degli altri l'ha ricevuta in particolare e separatamente da Pietro. E ciò che significa, se non che nessuno degli altri può esercitarla con indipendenza, e contro la volontà, e il consenso di Pietro? Le opere di Gesù

(1) *Capellari trionfo della S. Sede capo 7. n. 2. 4. 5. p. 208. et seq.*

Cristo non possono essere superflue senza un fine e senza effetto. Ora se egli dando le chiavi, e la podestà del legame prima a Pietro, solo, e in particolare, mentre erano per altro presenti gli altri apostoli; indi agli altri apostoli insieme con Pietro, non ha voluto esprimere, che donava a Pietro questa autorità non solo in comune col corpo, ma anche separatamente e indipendentemente dal corpo come di lui capo; in tal caso questa doppia e diversa delegazione non solo è superflua, ma inducente eziandio all'errore, ed alla discordia. (1) »

ARTICULUS IV.

Explicantur Hilarius, Cyrillus Alexandrinus, Chrysostomus qui verba super hanc petram *ad fidem et confessionem Petri referunt.*

Nec me movent qui haec verba *super hanc petram* ex Hilario, Cyrillo Alexandrino, Chrisostomo ad fidem et confessionem Petri referenda esse dictitant. Respondeo siquidem cum Natali Alexandro ss. Patres laudatos referre ista verba ad fidem et confessionem Petri, non quidem solam, et seorsim spectatam, sed prout edita est ab ipso Petro, suumque meritum in illum refudit: sive (ut clarius dicam) haec verba *et super hanc petram* ita intelligunt de Petri confessione, ut illa etiam de Petro ipso exponant, et cum supra fidem et confessionem Petri fundatam scribunt Ecclesiam, causam meritoriam indicant, ob quam s. Petrus eam sit consecutus dignitatem, ut fundamentum esset Ecclesiae. Cum vero supra Petrum fundatam dicunt, subjectum notant illius dignitatis (2). Consonat Card. Gotti ita scribens « Quando alcuni di loro

(1) *Muzzarelli, Il buon uso della logica in materia di religione tomo* 11. *parte* 3. *pag.* 137. *et seq.*
(2) *Natalis Alexander Hist. Eccl. saec.* 1. *dissert.* 4.

dicono che la chiesa è fabbricata sopra Pietro, parlano del soggetto, su cui è fabbricata, e quando altri dicono che è fabbricata sopra la fede e la confessione di Pietro, accennano il motivo per cui sopra lui è fabbricata; ed è maggior gloria di Pietro, essersi acquistata una tal dignità col merito della sua propria fede (1). »

Sed inter utramque expositionem, ut monet laudatus Natalis Alexander cui subscribit Gerdil, id interest discriminis, quod ista immediata est, illa mediata, ista primitiva, et perpetua, altera adventitia, et temporanea, ista ab initio Ecclesiae quatuor saeculorum serie, sola tradita; altera vero data occasione prolata. Nam ante Arianae haereseos ortum illa sola expositio viguit, quae verba illa refert ad ipsam Petri personam, ut constat ex Tertulliano, Origene et s. Cypriano . . . . Cum vero Ariani Christi Divinitatem palam impugnassent, sancti Patres, qui firmissimum catholicae causae praesidium in illis s. Petri verbis *Tu es Christus filius Dei vivi*, positum animadverterunt, istius confessionis dignitatem summis laudibus extulere. Unde quia s. Petrus illius in gratiam, et ob illius meritum, constitutus fuerat fundamentum Ecclesiae, ipsammet confessionem fundamentum Ecclesiae nuncuparunt, metonymice, idest translato nomine effectus ad causam; ut Arianos illius impugnatores liberius, ac verius velut fundamenti Ecclesiae destructores insectari possent (2).

« Se vera, inquit Gerdil, e certa non fosse l'applicazione delle parole *et super hanc petram* alla persona di s. Pie-

(1) *Gotti, La Vera Chiesa di Cristo tom.* 2. *par.* 1. *art.* 1. §. 3.

(2) *Natalis Alexander Hist. Eccl. saec.* 1. *dissert.* 4., *vid. etiam Gerdil Confut. di due Libelli contro il Breve super Soliditate t.* 12. *pag.* 283. - *Zacharia Antifebron. vindic. part.* 1. *dissert.* 2. *cap.* 3. *n.* 6. *pag.* 319. - *Politi Jurisprud. Eccles. univ. t.* 1. *q.* 4. *n.* 7. *pag.* 90.

tro, quale nata colla Chiesa stessa sola fu predicata da' Padri pel corso di quattro secoli, nè mai contraddetta da' Padri susseguenti, che l'altra spicgazione vi aggiunsero, senza esclusione della prima; converrebbe dire, che la costante tradizione de' quattro primi secoli non vale a fissare un punto di dottrina; che in tanti secoli la Chiesa fu nell'errore, o nell'ignoranza circa la vera legittima intelligenza di un Testo Evangelico, che serve di fondamento ad un Domma di fede (1).

ARTICULUS V.

Quonam sensu intelligendi sint nonnulli Patres cum ab iisdem illa verba super hanc petram etc. ad Christum aliquando referuntur.

Natalis Alexander observat nonnullos Patres qui haec verba *et super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam* ad Christum interdum referunt, non excludere aliam expositionem, qua ad s. Petrum convenientius referuntur a caeterorum Patrum choro, immo utrumque sensum adstruere. Ideo s. Augustinus, inquit Natalis Alexander quem sequitur Gerdil, haec verba ad Christum quandoque retulit, quia contra Donatistas agebat, qui Sacramentorum vim in Ministrorum sanctitate collocabant; unde timens ne si Ecclesia in Petro fundata diceretur, homines de sanctitate ministrorum Ecclesiae praesumerent, ac super eos spiritale fundarent aedificium, totam fundamenti rationem ad Christum revocavit (2).

(1) *Gerdil Confut. di due Libelli contro il Breve super Soliditate t. 12. pag. 282. et seq.*

» Giuda. « An non licebat ipsi Petro eligere? Licebat et
» quidem maxime; verum id non fecit, ne cui videretur
» gratificari » (2).

ARTICULUS II.

In apostolorum synodo in qua de legalium observantia quaestio habita est, primus omnium Petrus sententiam dicit.

Manifestius, inquit Pozzolus, sui primatus exercitium ostendit Petrus Actorum 15. ubi praesente Jacobo Hierosolymae episcopo, inter apostolos eximio primus loquitur, asserit expresse « Deum elegisse per os suum audire gentes verbum Evangelii et credere » et ipsis apostolis id esse perspicuum « Vos scitis quoniam ab antiquis die-» bus Deus in nobis elegit per os meum audire Gentes, » et credere. » Quid juvant hic primatus fervoris, vocationis, aetatis, ordinis? Temeritas est non fervor in aliena Diaecesi parem praesidere, praeloqui, judicare. Ea munera assignantur pastori, Duci et Pontifici, non fervido, seni. Quaestionem solus Petrus decidit, solus praedefinit et statuit non esse servanda cum Evangelio legalia. Scripturam sequuntur, et explicant interpretes, et ex ea Petrum demonstrant non decanum, ut vocat Spalatensis,

(1) *Homil.* 3. *in acta.*
(2) *Gotti la vera Chiesa di Cristo t.* 2. *par.* 1. *art.* 1. §. 1. *p.* 6.

sed principem, praesidem, ultimum tribunal appellationis etiam pro apostolis ipsis, et alium Moysem cui dicatur « quidquid autem majus crit referent ad te » Hieronymus (1) vocat *principem decreti*, et Theodoretus (2) *ultimum controversiarum judicem*. Vix audito Petro tacuit omnis multitudo, et in ejus sententiam teste Hieronymo « Jacobus Apostolus, et omnes simul praesbyteri transierunt » (3).

« Antioche a ses prophétes, et ses docteurs, inquit Barruel ; elle a ce Barnabé, que l'historien sacré appelle » un homme plein de foi et de l'Esprit Saint. Elle a » même ce Paul, dont la vocation est si merveilleuse, le » zèle si ardent, l'autorité si grande; mais elle n'a point » Pierre, dont la voix suffisoit pour arrêter a Jérusalem » les plus ardens des frères circoncis . . . L'Église d'Antioche est instruite de la prérogative du prince des pasteurs; c'est devant lui surtout qu'elle envoie ses élus, » pour terminer ses différens . . . Pierre entend toutes » le discussions, il se lève, et toutes ont cessé ; toute la » multitude entre dans le silence. » (4).

« Se Pietro, inquit card. Gotti, non era capo universale della Chiesa, non toccava a lui essere il primo a parlare in quell'adunanza, ma a s. Giacomo, ch'era il vescovo di Gerosolima, in cui si celebrava il Concilio . . . . S. Giacomo parlò, poi e concluse, ma disse forse più di quello ch'avea detto s. Pietro ? Altro non fece, se non promulgare quello che avea detto Pietro, e solo suggerì di noti-

(1) *Hieronym. in ep. ad August.*

(2) *Theodoret. ep. ad Leonem.*

(3) *Pozzolus de primatu Petri lib. 1. par. 1. cap. 10. vid. Nat. Alexandr. Hist. Eccl. saec. 1. dissert. 4.*

(4) *Barruel du Pape et de ses droits Religieux tom. premier chapitre 7.*

ficare il decreto di Pietro, e del Concilio alle chiese . . . Di più parla s. Pietro il primo, e cita per autore del suo detto lo Spirito Santo con dire, averlo Iddio eletto per la conversione de' Gentili, datogli lo Spirito Santo. Parlano poi Barnaba e Paolo, e in conferma di quanto avea detto Pietro, e raccontano i prodigj che Dio avea operati per mezzo loro ne' Gentili. Indi parla s. Giacomo e conferma egli pure il detto di Pietro, e degli altri quasi preferendo il parere degli altri, *quasi et ille aliorum dicat sententiam.* Così conchiude il Grisostomo. Chi dunque avrà parlato, come capo, secondo il Grisostomo? Quegli che parlò come mosso da Dio, o quegli che parlò come mosso dal detto degli uomini? Due cose disse s. Giacomo; l'una non doversi obbligare i Gentili, l'altra di fargli astenere dalle contaminazioni. Nel primo promulgò il decreto di s. Pietro, e qui stava la definizione. Nel secondo disse il suo parere, ma questo solo concerneva l'intimazione del decreto (1). »

§ I. *Obiectio Febronii solvitur.*

» Tacuit omnis multitudo, inquit Febronius, non quasi » jam adfuisset conclusum, sed audiebant Paulum et Bar» nabam narrantes, quanta Deus fecisset signa et prodigia » in Gentibus per eos in confirmationem argumentorum » quae protulerat perorans Petrus. » « Interpretazione ridicola! respondet Zacaria: *ma tacque tutta la moltitudine; e udivano Barnaba e Paolo* ec. così dice lo Scrittor sacro. (2) Quel *ma tacque tutta la moltitudine* non può riferirsi che all' udito discorso di Piero, e se Barnaba e

(1) *Gotti la vera Chiesa di Cristo t. 2. par. 1. art. 1. §. 1. n. 8. p. 7.*
(2) *Act.* 15. 12.

Paolo si fecero a raccontare i divini prodigj, e il popolo gli ascoltava, ciò non fu che in virtù del silenzio, che alle parole di Pietro era seguito. » (1)

ARTICULUS III.

Petrus Simonis Magi haeresim damnat, ac Ananiae, et Saphyrae fraudem detegit, ac damnat hypocrisim.

A Bellarmino alias quoque Petri praerogativas afferri constat, quod videlicet Petrus Simonem Magum damnaverit, (2) et Ananiae et Saphirae hypocrisim et fraudem agnoverit ac condemnaverit, (3) de quibus praerogativis sic etiam scribit Bolgenius. « La prima Eresia che Simon Mago tentò d' introdurre fra i Cristiani fu condannata dalla suprema autorità del capo della Chiesa . . . e S. Cirillo Gerosolimitano parlando della caduta di questo primo Eresiarca, attribuisce questo castigo alla potestà delle chiavi, che s. Pietro aveva (4) La prima pubblica trasgressione di una promessa fatta a Dio in faccia alla Chiesa, fu severamente ripresa da S. Pietro, e castigata colla morte dei trasgressori Anania, e Safira (5). E il grande S Gregorio riconosce in questo fatto spiegata molto chiaramente da S. Pietro in faccia alla Chiesa l'autorità del suo Primato » (6).

(1) *Zacharia Anti-Febronio dissert. 1. cap. 6. n. 13.*
(2) *Actor. 8. Arnobius lib. 2. contra gentes.*
(3) *Bellarmin. de rom. Pontif. cap. 22. 23. vid. Antonium Gardini episcopum Cremensem t. 1. de rom. Pontif. cap. 6. pag. 145.*
(4) *Catech. 6.*
(5) *Actor. 5.*
(6) *Bolgeni l'episcopato cap. 2. pag. 56.*

ARTICULUS IV.

Dominus Navem ascendit quae erat Petri.

Lucae 19. cum vidisset Dominus plures naviculas intravit in unam quae erat Simonis (1) » Hanc, inquit Ambrosius (2) » solum Ecclesiae navem ascendit Dominus in qua Petrus » magister est constitutus » Ibidem solus Petrus jubetur tanquam summus nauclerus, et piscator ducere alios ad piscandum: Duc in altum, et laxate retia in capturam. (3) « Questa nave di S. Pietro inquit Bolgeni non v' ha dubbio che fu figura della Chiesa di Gesù Cristo . . . Notabilissima è la differenza, che Gesù Cristo fece in questa occasione tra S. Pietro, e gli altri, che erano nella nave fra i quali i SS. Giacomo, e Giovanni: a S. Pietro comanda di guidare, e condurre la nave, *duc in altum*; agli altri comanda di gettar le reti per la pesca, *laxate retia vestra in capturam.* Chi non riconosce in questa figura il carattere di preminenza, e di superiorità, che S. Pietro come capo di tutti ebbe dipoi sopra gli Apostoli, e sopra la Chiesa? Ve lo riconobbe S. Ambrogio . . . Gesù Cristo non disse agli altri che conducessero, e regolassero la nave, lo disse al solo S. Pietro. Con ciò volle il Divin Redentore significarci, che destinava S. Pietro ad essere capo, e reggitor supremo della sua Chiesa, e che chiunque fosse per aver parte nel governo della medesima, doveva essere subordinato, e sottomesso all' autorità del reggitor supremo » (4).

(1) *Lucae cap. 19.*

(2) *Ambros. serm. 11.*

(3) *Dominicus a ss. Trinitate de s. Pontif. rom. sect. 4. cap. 2. vid. bibliot. Maxim. Pontif. de Roccaberti t. 10.*

(4) *Bolgeni l'episcopato capo 2.*

ARTICULUS V.

S. Francisci Salesii testimonium.

Pulcherrimum hac de re habemus S. Francisci Salesii testimonium. » L'Eglise est-elle une barque? (inquit S. » Franciscus Salesius apud de Maistre) S. Pierre en est le » véritable patron, et c'est le Seigneur lui-même qui me » l'enseigne. La réunion opérée par l'Eglise est-elle re- » présentée par une pêche? S. Pierre s'y montre le pre- » mier, et les autres disciples ne pêchent qu'après lui. » Veut-on comparer la doctrine qui nous est prêchée » (pour nous tirer des grandes eaux) au filet d'un pêcheur? » C'est S. Pierre qui le jette: c'est S. Pierre qui le retire: » les autres disciples ne sont que ses aides: c'est S. Pierre » qui présente les poissons à notre Seigneur. Voulez-vous » que l'Eglise soit représentée par une ambassade ? S. » Pierre est à la tête. Aimez-vous mieux que ce soit un » royaume? S. Pierre en porte les clefs. Voulez-vous enfin » vous la représenter sous l'image d'un bercail d'agneaux, » et de brebis? S. Pierre en est le berger et le pasteur » général sous Jésus-Christ » (1).

ARTICULUS VI.

Testimonium hac de re Barruel.

Egregia etiam sunt sequentia clarissimi Barruel de D. Petro verba. » L'évangile déjà s'est propagé; le nombre des » Chrétiens se multiplie, Pierre veut les voir tous, ceux » de Joppé, ceux de Lydda, de Galilée , comme ceux de » Jérusalem , de Samarie et d' Antioche; comme il verra

(1) *Controverses de s. Franc. de Sales disc.* 42. *apud de Maistre t.* 1.

» un jour ceux du Pont, de Galatie, de Cappadoce, d'Asie, » de Bithynie, et comme ceux de Rome. Il les verra, » non pas en simple frère, qui vient se réjouir avec eux » des progrès de la foi; mais en pontife qui surveille leur » foi; en prince des pasteurs qui vient examiner les pa- » steurs même, ainsi que leurs ouailles . . . Il parcourt » les Eglises de Paul, comme celles de Jean, d'André ou » de Philippe; et il les parcourt toutes, c'est l'expression » de saint Jean Chrisostôme, en général qui vient inspe- » cter l'armée de Jésus-Christ, visitant tous les postes, » fortifiant les uns, rapprochant les autres, et partout se » montrant avec ce zèle, avec cette autorité, qui pour- » voient à l'ordre, à la beauté, et à tous les besoins de » ses légions; *quemadmodum dux obambulans, considera- » bat qaae pars esset coadunata, quae ornata, quae suo » adventu indigeret* » (1).

ARTICULUS VII.

Testimonium Bossuet.

Audiamus etiam Bossuetum hac de re ita scribentem. » Pierre paroît le premier en toutes manières: le premier » à confesser la foi; le premier dans l'obligation d'exercer » l'amour; le premier de tous les apôtres, qui vit le Sau- » veur ressuscité des morts, comme il en avoit été le pre- » mier témoin devant tout le peuple; le premier qui con- » firma la foi par une miracle, le premier à convertir les » Juifs; le premier à recevoir les Gentils; le premier par- » tout. Mais je ne puis tout dire; tout concourt à établir » sa primauté. » (2)

(1) *Homil. in act. apost. Barruel du Pape et de ses droits religieux tom. premier chapitre 7.*

(2) *Bossuet sermon sur l'unité première partie.*

CAPUT V.

Petri primatus ex patribus, et ecclesiasticis scriptoribus mirifice confirmatur.

Sed ad Patrum tribunal, aliorumque scriptorum ecclesiasticorum auctoritatem Petri primatus hostes jam provoco. Ut Clementem Romanum primi seculi scriptorem qui Petrum praecipuo loco nominans, satis ostendit, inquit Mamachius, primas eum in apostolorum collegio partes obtinuisse (1) utque Papiam Hierapolitanum (2) Ignatiumque martyrem (3) practermittam, secundo Ecclesiae saeculo Justinus martyr, Irenaeus, Dionysius Corinthiorum Episcopus (4) Hegesippus (5) Tertullianus partim dilucide, partim ita de Petro loquuti sunt, ut eum principem apostolorum, Ecclesiaeque universae caput fuisse constitutum indicarent.

Hoc idem maximam eorum partem, qui tertio seculo claruerunt, praestitisse constat. In his Origenes, (6) Dionysius Alexandrinorum episcopus, Cyprianus Antistes Carthaginiensium (7) Firmilianus Caesarcensium. Horum exemplum seculi quarti scriptores imitati sunt, ut Eusebius Caesareensis, ut Athanasius Alexandrinus, ut Julius Romanus Pontifex, ut Hilarius Pictaviensis, ut Basilius, Gregorius Nazianzenus, Damasus, Ambrosius, Philastrius,

(1) *Ep. priore ad Corint.*
(2) *Vid. Euseb. lib. 3. hist. Eccl. cap. 39. edit. Taurinen. 1746.*
(3) *Epist. ad romanos.*
(4) *Apud Euseb.*
(5) *Apud Euseb. lib. 4. cap. 22. hist. Eccl.*
(6) *Origen. apud Euseb. lib. 6. cap. 19.*
(7) *Cyprian. epist. 40. « Deus unus est, et Christus unus, et una Ecclesia, et Cathedra una super Petrum Domini voce fundata. »*

Gaudentius, Optatus Milevitanus, (1) Pacianus Barchinonensis, Joannes Chrysostomus (2), Hieronymus (3), Paulinus Nolanus.

Seculo quinto adsunt Aurelius Prudentius, Isidorus Pelusiotes, Cyrillus Alexandrinus, Theodoretus, Petrus Chrysologus. Omitto Innocentium, Zosimum, Coelestinum, Prosperum, Eucherium Lugdunensem, Vincentium Lirinensem, Socratem atque Sozomenum Historicos, Maximum, Gelasium Cysicenum, Vigilium Tapsensem, Avitum Viennensem; at silentio praeterire nequeo Leonem Magnum ita scribentem (4) » De toto mundo unus Petrus » eligitur, qui et universarum gentium vocationi, et om- » nibus apostolis, cunctisque Ecclesiae patribus praepo- » natur, ut quamvis in populo Dei multi sacerdotes sint, » multique pastores, omnes tamen proprie regat Petrus, » quos principaliter regit et Christus. » Seculo sexto habemus Caesarium Arelatensem, Evagrium Scholasticum, Facundum Hermianensem, ac Gregorium Magnum ita loquentem (5) » Cunctis Evangelium scientibus liquet, » quod beatissimo omnium apostolorum principi Petro, » dominica voce totius Ecclesiae cura commissa est » (6).

Neque minus, inquit laudatus Mamachius, perspicui sunt patrum qui septimo seculo floruerunt, de Petro principe apostolorum, universaeque Ecclesiae capite, ac mode-

(1) *Optatus Milevitanus lib. 1. contra Parmenianum « Petrus et prae- » ferri omnibus apostolis meruit, et claves regni coelorum communi- » candas caeteris solus accepit. »*

(2) *Joannes Chrysostomus homil. 2. de poenit. in psal. 50. « Columna » illa Ecclesiae, fidei basis, illud apostolici chori caput Petrus. »*

(3) *Hieronym. lib. 1. adversus Pelagianos « Ut Plato princeps philo- » sophorum, sic Petrus apostolorum fuit. »*

(4) *Leo Magnus serm. 3. de assumptione sua.*

(5) *Gregor. Magnus lib. 4. epist. 32. ad Mauritium Imperatorem.*

(6) *Vid. Mamachium Orig. et antiq. Chryst. lib. 4. tom. 5. pag. 286. et seq.*

ratore loci. Bonifacius quartus, Agatho, Leo secundus, pluresque alii non occidentales modo, sed etiam orientales, collocatum a Christo fuisse Petrum in eo dignitatis, honorisque gradu confessi sunt. Eodemque spectant Gregorii secundi, Zachariae, Hadriani Pontificum Romanorum, et Bonifacii Moguntini, utque caeteros praeteream, Tarasii Patriarchae Constantinopolitanae Sedis sententiae, quos omnes octavo Ecclesiae seculo floruisse constat.

De scriptoribus autem qui nono seculo ad Photii usque tempora, immo vero, qui vivo Photio, multoque etiam post claruerunt, latinis, graecisque, quid dicam? quorum sane summa semper fuit de principatu, singularique Petri auctoritate consensio. Nam Theodorus Studites Nilum Joannis Chrysostomi discipulum, Gregorium Nyssenum Basilii fratrem, Basilium Seleuciensem, Joannem Damascenum, caeterosque auctores sequutus, Petrum apostolorum principem, pastoremque appellat. Nicolaus I. Pontifex Maximus sanctum Petrum principatum in collegio apostolorum obtinuisse defendit. Quod ipsum testati sunt Anastasius bibliothecarius, Benedictus quartus Pontifex Maximus in iis litteris quas anno circiter nongentesimo quarto ad Episcopos Galliarum misit, Leo septimus, Benedictus Sextus epistola ad Fridericum Salisburgensem Episcopum, Benedictus septimus aliique permulti quos ne numerando quidem recensere possum » (1).

(1) *Mamachius Orig. et Antiq. Christ. lib.* 4. *tom.* 5. *pag.* 147. *et seq.*

ARTICULUS I.

Enodatio objectioni praebetur quam adversarii ex Cypriano depromunt.

Neque officiunt illa Cypriani verba. » Hoc utique erant » et caeteri apostoli, quod fuit Petrus, pari consortio prae- » diti honoris, et potestatis » (1). Siquidem ut animadvertit Antonius Gardini episcopus Cremensis, Cyprianus vult apostolos esse potestate pares quoad munera apostolatus, eodemque tempore fatetur, et agnoscit individuum Petri discrimen, quo ipse caeteris jure primatus ad Ecclesiae unitatem necessarii supereminebat. Equidem omnes apostoli a Christo vocati, et missi fuerunt, ut Ecclesiam aedificarent ac propterea hoc utique erant, et caeteri apostoli, quod fuit Petrus, ut continuo subdit Cyprianus. At Ecclesiae aedificium, eodem teste, *super unum Petrum erigitur.* Christi igitur legatione funguntur caeteri apostoli cum subordinatione ad Petrum. Ipse est Ecclesiasticae unitatis centrum, cui apostolatus sollicitudines, et munera sunt referenda. Talem revera esse s. Doctoris mentem ex iis quae proxime subsequuntur, verbis liquido consurgit. » Sed exordium ab unitate proficiscitur, et » primatus Petro datur, ut una Christi Ecclesia, et Ca- » thedra una monstretur » (2).

» La pienezza, e l'universalità del poter episcopale nel » governo della chiesa, inquit Bolgeni, fu uguale in tutti » gli apostoli e ciò era necessario in quelli, che doveano » essere i primi banditori del vangelo per tutta la terra,

(1) *Cyprian. lib. de unit. Eccl.*

(2) *Antonius Gardini episcop. Cremen. de rom. Pontif. cap.* 6. *t.* 1. *p.* 118. *vid. Natal. Alexand. hist. Eccl. saec.* 1. *dissert.* 4. §. 3. *Carolum Gagliardum instit. Jur. canon. lib.* 1. *tit.* 12. *n.* 8. *pag.* 134 *et seq.*

» e i primi fondatori delle chiese, ai quali perciò fu data » da Gesù Cristo una potestà straordinaria *in omnes* » *gentes*, la quale dovea finire in loro e non passare nei » successori. Ma la sovranità, e indipendenza dell'episco- » pato fu nel solo s. Pietro capo di tutti, e questa fu in » lui ordinaria potestà destinata a trasmettersi a tutti i » successori suoi per formare, e mantener sempre l'unità » della chiesa . . . Gli altri apostoli erano subordinati e » soggetti nell' esercizio della loro potestà a s. Pietro : s. » Pietro era soggetto a Dio solo. Questa è la vera idea » del primato di s. Pietro » (1).

ARTICULUS II.

Cypriani mens exponitur dum ab eodem episcopatus dicitur unus.

Animadvertit Tournely (2) in mente s. Cypriani episcopatum dici unum, quia unitas ecclesiastica a sancto Petro, ejusque successoribus derivatur, quomodo radii a sole, rami ab arbore, rivi a fonte quibus similitudinibus utitur s. Doctor. Episcopatus unus est (ait Juveninus (3) ratione ordinis conc. seu unus est ordo episcopatus qui omnibus episcopis aequaliter tribuitur, ratione jurisdictioni neg. hoc est non tam late patebat singuli cujusque apostoli jurisdictio, quam jurisdictio concessa Petro: haec enim in ipsos etiam erat apostolos, illa vero in reliquos tantum fideles, aut ministros: unum tamen, inquit Cyprianus, *caput est, et origo una*.

» La pienezza, e l'universalità dell'episcopato può tro- » varsi in più persone, inquit Bolgeni, senza pregiudizio

(1) *Bolgeni l'episcopato cap.* 2. *p.* 34.
(2) *Tournely de Eccles. q.* 5. *art.* 1.
(3) *Juveninus dissert.* 4. *de locis theolog. q.* 1. *c.* 1. *vid. Gerdil t.* 12. *p.* 74.

» dell'unità, come in fatti si trovò negli apostoli; ma l'in-
» dipendenza, e la sovranità non può trovarsi se non in
» un solo. Infatti da questa ragione appunto della dipen-
» denza di tutti i vescovi da un solo vescovo supremo, e
» sovrano, ripetono i Padri l'unità dell'episcopato. Vaglia
per tutti s. Cipriano » *Ut unitatem manifestaret*, *unam*
» *cathedram constituit*, dice egli, e indicando qual sia
» questa unica cattedra soggiunge » *Primatus Petro da-*
» *tur . . . ut cathedra una monstretur* . . . Ogni vescovo
» possiede l'episcopato indivisibile di sua natura, e nella
» sua essenza, lo possiede dico sopra una sola parte del
» popolo Cristiano: *episcopatus pars a singulis tenetur;* e
» questo stesso episcopato si possiede da ciascun vescovo
» non già disunitamente dagli altri, e facendo quasi direi
» cosa da sè : ma si possiede *in solidum*, cioè in mutua
» connessione, e in subordinazione di tutti a quel vesco-
» vo, che possiede l'episcopato sopra tutto il popolo Cri-
» stiano, e lo possiede con independenza, e in sovranità.
» Questa ragione dell'unità dell'episcopato, benchè tenu-
» to da tanti vescovi, l'ha conosciuta, e rilevata ottima-
» mente il gran Bossuet che così parla. « I vescovi tutti
» insieme non hanno che una sola Cattedra, (ossia un
» solo episcopato) per lo rapporto essenziale che tutti essi
» hanno colla Cattedra unica, sulla quale sono assisi s.
» Pietro e i suoi successori. » Nè già questo rapporto es-
» senziale è un rapporto di mera officiosità, e di cerimo-
» nie, ma è un rapporto di sommissione e di ubbidienza,
» ce lo dirà il medesimo Bossuet nel medesimo sermone,
» ove dopo aver riportate le parole dette a s. Pietro *tibi*
» *dabo claves Regni Coelorum* soggiunge : Tutto è sot-
» tomesso a queste chiavi, tutto, miei fratelli, pastori, e
» greggi. Egli è a Pietro che vien comandato di pascere
» e governar tutto, gli agnelli, e le pecore, i figliuoli, e

» le madri, ed i pastori medesimi, i quali sono bensì
» pastori relativamente ai popoli, ma sono pecore relati-
» vamente a Pietro » (1).

CAPUT VI.

Ex liturgicis omnium caetuum Christianorum libris Petri primatus evidentissime quoque comprobatur.

« Accedunt liturgici omnium caetuum Christianorum libri, quibus, ut loquitur Mamachius, de hoc ipso Religionis decreto a majoribus acceptam traditionem contineri constat. Nam exceptis lutheranis, ceterisque protestantibus, qui sexto primum, ac decimo seculo nati antiquos ritus, caeremoniasque e suis conventibus exterminarunt, nulla Christiana tam barbara est, tamque ab institutis ac moribus Romanorum disjuncta natio, in cujus ecclesiasticis libris, ac monumentis non fiat mentio principatus, excellentisque potestatis Petri. Est autem incredibile, inlatum recens id dogma in libros eosdem esse, cum neque exempla ipsorum aliqua antiqua desint, neque repente omnes Ecclesias in eam rem conspirasse veri esse simile videatur, neque tenacissimae suarum consuetudinum gentes induci facile ad codices, quos usu quotidiano terere consueverint, vitiandos possent. Quare quod earum quaeque a priscis moderatoribus suis didicerat, id liturgicis ipsam codicibus inseruisse, confitendum est. Jam vero eorum, quos dixi moderatorum, nisi aut disciplinam ab uno, eodemque magistro accepissent, aut convenissent, quidque statuto ea de re opus esset, deliberassent, qui demum tanta esse potuisset de Petri in Christiana repu-

(1) *Bolgeni l'episcopato capo 2. p.* 39. 40.

blica principatu consensio? Convenisse autem omnes ejus rei causa aliquando, non modo majorum auctoritate nulla demonstrare, sed ne conjectura quidem suspicari possum. In Synodis enim, in quas perplures variarum gentium episcopi concurrerunt, actum de aliis rebus, consuetudinibusque vel inducendis, vel stabiliendis intelligo fuisse plerumque; de principatu vero Petri aut tunc primum confirmando, aut in libris liturgicis commemorando, nunquam. Quamquam illud etiam certum est, aliquarum gentium antistites (in quarum Ecclesiis legi palam Petri privilegia solerent) propterea quod magnis intervallis locorum disjuncti ab Religionibus Imperio Romano subjectis essent, ad concilia non venisse. Quod si neque recentium opera, neque priscorum antistitum, aut congregatorum, aut disjunctorum auctoritate factum est, ut haec in omnes Ecclesias sententia permanarat; relinquitur, ut ab institutoribus earundem Ecclesiarum, qui ab apostolis, quid esset Petro a Christo Servatore tributum, acceperant, invecta fuerit, litterarumque deinceps mandata monumentis, quae quidem monumenta singulari diligentia in sacris caetibus et servarentur, et publice legerentur, sed omnes omnium Ecclesiarum libros, in quibus principatus Petri fit mentio, singillatim recensere, ac persequi non vacat » (1).

Mamachius affert ordinem veterem Ecclesiae Romanae, quem Melchior Hittorpius, et Jodocus Coccius seculo 8 perscriptum fuisse arbitrantur (2) ordinem Romanum decimumquartum a Mabillonio publicatum, Sacramentarium Gregorianum (3) ab Hugone Menardo editum, et illustratum . . . Non discrepant monumenta, librique ri-

(1) *Mamachius Orig. et Antiq. Christ. lib. 4. t. 5. p. 297.*
(2) *Tom. 13. Biblioth. PP. edit. Lugd.*
(3) *Apud Muratorium tom. 2. litur. Rom. vet.*

tuales Ecclesiae Mediolanensis, vetus Missale Gothicum Gallicanum, Sacramentarium Gallicanum extremo primo Musei Italici volumine a Mabillonio vulgatum, libri rituales Hispaniarum Ecclesiarum, inprimisque Missale, quod Mosarabum appellatur. In iis autem, qui nunc in Ecclesia occidentis clericorum manibus teri consuerunt, libris, ut in missalibus, in breviariis, in antiphonariis etc. Petrum et janitorem caeli, et clavigerum, et principem vocari, est manifestum. Venio ad Orientis Ecclesias... Quis tam est imperitus graecarum rerum, qui nesciat *Protocoryphaeum* apostolorum appellari in Euchologio Petrum?... Non est otium profecto omnia quae in Archieratico, seu Pontificali libro Graecorum, quae in Doxastico, in Tropario, continentur, describere. Accedit Graecae, Copticaeque Alexandrinarum Ecclesiarum consensio. Nam in Liturgia Graeca, quam Alexandrinam s. Basilii appellant, Petrus vocatur princeps apostolorum » (1).

Quis neget, prosequitur laudatus Mamachius, in libris Palaestinorum, caeterorumque Syrorum (2) celebrari principatum, singularemque in Ecclesia potestatem Petri?... Quod quidem, etiam ex Joannis Maronis Patriarchae Syri. expositione Ministerii oblationis intelligitur, quam expositionem latinam fecit, publicavitque Aloysius Assemanus (3) ex Liturgia Dioscori episcopi Gordiaeorum, quos in Armeniae montibus degisse, spectasseque ad Patriarchatum Antiochenum Renaudotius scribit, ex Pontificali Syrorum Nestorianarum libro (4) ex Armeniorum libris (5),

(1) *Tom. 2. Op. s. Basilii edit. Garn. Monachor. s. Mauri pag.* 683. *in append. Ita Mamachius orig. et antiq. Christ. l.* 4. *t.* 5. *p.* 153. 154. *et seq.*

(2) *Confer Renaudotium t. 2. liturg. collect. p.* 145. *edit. Paris. an.* 1716.

(3) *Tom.* 4. *par.* 2. *Codicis Liturgici universae Ecclesiae.*

(4) *Vid. Morinum p.* 2. *de Sacris Ordinationibus pag.* 462. *edit. Paris. an.* 1655.

(5) *Confer. Liturg apud. Le Brun.*

ex codicibus Ecclesiasticis eorum, qui Patriarchis Alexandrinis variarum sectarum, rituumque parent (1) ipsorumque etiam Ethiopum qui longe ab Ecclesiae Romanae disciplina, consuetudinibus, multisque Religionis decretis discrepant, intelligi facile potest. Neque vero credibile est, inductas has gentes hortatu, precibus, artibus latinorum fuisse, ut principatus Petri in suis ecclesiasticis libris mentionem injici paterentur. Nam cum earum permultae aliae a nono, aliae a sexto, aliae a quinto usque seculo, conflato schismate a communione se apostolicae sedis sejunxerint, neque tulerint, ut vel dogmata falsa, pro quibus acriter pugnant, vel ipsae consuetudines, quas a majoribus accepissent, aut tollerentur, aut immutarentur, qui tandem tulissent, ut confirmandi summi Pontificatus Romani episcopi causa, principem fuisse Ecclesiae Petrum confiterentur? Ac Syros quidem Nestorianos, Ethiopumque partem aliquam, etsi aliquando in apostolicae Sedis communionem venerunt, tamen mutasse statim sententiam, atque ad errorem revertisse est manifestum. Si autem Haeretici si quid addidissent apostolicorum missionariorum, quos vocant, hortatu, id certe facta rursum ab Romanis secessione, delendum e suis libris continuo curassent. Cum vero ea, quae sunt de auctoritate praecipua Petri retinuerint, itaque continenter servarint, ut in iis legendis constans omnium sit, atque summa consensio, argumento est, non aliorum, quam primorum institutorum factum cura fuisse, ut omnibus Petrum esse caput Ecclesiae persuaderetur (2).

(1) *Liturg. s. Basilii Coptica pag.* 22. *tom.* 1. *collect. liturg. Renaudotii edit. ejusd.*

(2) *Mamachius orig. et antiq. Christ. lib.* 4. *c.* 5. *p.* 297. *et seq.*

Petri primatum Ecclesiae Russiae testimonio a clarissimo De Maistre allato luculentissime quoque confirmari cernimus. » L'église russe, inquit De Maistre, consent à » chanter l' hymne suivante: » O saint Pierre, prince des » apôtres! primat apostolique! pierre inamovible de la » foi, en récompense de la confession, éternel fondement » de l'église, pasteur du troupeau parlant; porteur des » clefs du ciel, élu entre tous les apôtres pour être, après » Jésus-Christ, le premier fondement de la sainte Eglise, » réjouis-toi! réjouis-toi! colonne inébranlable de la » foi orthodoxe, chef du collége apostolique. »

» Elle ajoute: » Prince des apôtres, tu as tout quitté » et tu as suivi le Maître en lui disant: Je mourrai avec » toi; avec toi je vivrai d' une vie heureuse: tu as été le » premier évêque de Rome, l'honneur et la gloire de la » très-grande ville: sur toi s'est affermie l'Eglise » (1).

CAPUT VII.

Ecclesiae quas vel rexit, vel fundavit Petrus amplissimis honoribus decoratae sunt.

In primatum Petri, inquit Petrus Constant, ea fuit Ecclesiae observantia, ut quas vel rexit, vel fundavit Petrus Ecclesias, illae amplissimis honoribus decoratae sint. Prima dignitatis ejus particeps fuit Antiochena. Neque alia de causa privilegio eodem insignita est Alexandrina, quam quod a Marco Petri discipulo cum fundata sit et gubernata, Petrum ipsum habuisse rectorem, fundatoremque

(1) *De Maistre du Pape tom. premier chapitre* 10.

censeatur ... Quamobrem de Alexandrina Antiochenaque sede cum Romana sic mentionem facit, ac decernit Synodus Nicaena, (1) ut nullam aliam eis conferendam esse constituat (2).

Hinc licet ab initio, inquit Gerdil, plures Ecclesiae ab apostolis ortum duxerint, qui suas sedes ibi fixerant, velut Jacobus Hierosolymae, Joannes Ephesi, tres tantum in illis Ecclesiae primordiis extiterunt primariae Sedes, quae a Divo Petro fundatae caeteris omnibus eminerent, Romana videlicet, Alexandrina, et Antiochena. Ut enim ait Thomassinus, uni Petro divinitus collata erat potestas in apostolos, ita ab uno illo propagari potuit potestas illa, qua episcopi episcopis antecellerent, jusque dicerent. Ad hunc porro dignitatis apicem (3) evectas civitates illas, non quod regiae fuissent, sed quod eas quodammodo sibi Petrus censuisset, speciatim vero primatum, quo supra multas alias Ecclesias Alexandrina Sedes eminuit, non aliunde ipsi accessisse, quam ex primatu Petri, cujus auspiciis eam Ecclesiam Marcus condiderat, tot ille collatis veterum testimoniis evincit, ut concludere non vereatur dubitari non posse quin ea fuerit ipsiusmet orientalis Ecclesiae consensio, traditioque constantissima. De Antiochena vero praeclarum extat Leonis Magni testimonium ep. 18 ad Alexandrum Antiochenum. » Unde advertimus » non tam pro civitatis magnificentia hoc eidem attri» butum, quam quod prima primi apostoli Sedes esse » monstretur » (4).

(1) *Can.* 6.

(2) *Petrus Constant. dissert. de Antiquis Canonum collectionibus par.* 1. *n.* 11. *vid. Natal. Alexand. hist. Eccl saec.* 1. *dissert.* 4.

(3) *Thomassin. lib.* 1. *cap.* 7. *n.* 8. *cap.* 8. *n.* 6.

(4) *Gerdil de sacri Regiminis ac Pontificii primatus jure etc. par.* 2. *t.* 11.

CAPUT VIII.

Petri primatus non honoris aut directionis dumtaxat, sed verae auctoritatis et jurisdictionis fuit.

Potestas Petri non praerogativa honoris inter apostolos fuit, nec solius directionis aut praesidii inter pares, sed verae auctoritatis, et jurisdictionis. Id apertissime indicat, inquit Zallinger, ratio fundamenti, pastoris universalis. Neque enim fundamentum ad parerga aedificii, et ornamenta pertinet; et curam pascendarum ovium demandare multo plus est, quam primam inter oves constituere. Cui Christus dedit claves regni Caelorum, quod regnum est Christi, eum regni sui Vicarium, ac visibile caput esse voluit; Christi igitur vicarius et Ecclesiae caput erat Petrus, habebaturque a tota retro antiquitate. Unde damnata fuit, ac proscripta propositio 7 Hussii » *Petrus non est, nec fuit caput sanctae Ecclesiae catholicae.* » Porro vicarius regni, cui claves, idest suprema potestas in regno commissa est, non solo honore praeeminet, nec caput impositum est corpori solius ornamenti causa (1).

CAPUT. IX.

Adversariorum objecta solvuntur.

ARTICULUS I.

Ex eo quod Petrus se aliorum compresbiterum vocet, ejusdem primatus minime evertitur.

Quod compresbiterum sese Petrus vocet, id certe, inquit Mamachius, argumentum esse aequalitatis nullo modo potest. Qui enim minister erat Christi, episcopatumque in christiana republica gerebat, cur sese compresbiterum

(1) *Zallinger lib. 5. jur. Eccl. publ.* §. 341. *t.* 2. *p.* 52.

comministrumque appellare nequivisset, non aequata auctoritate caeterorum, suae? An quia se Christus fratrem vocavit apostolorum (1) eorumque Patrem Deum esse dixit, idcirco eodem modo ex Patre se, atque apostolos natos esse confessus est (2)?

ARTICULUS II.

Nil adversus Petri primatum inferri potest ex eo quod a Christo primatus de quo Discipuli inter se aliquando ambitiosius contendebant improbatus fuerit.

Constat Christum a suis rejicere primatum qui sit cum ambitione, fastu, conjunctus, qui magis sit ad terrorem, quam aedificationem(3). » Cristo non niega, inquit Gotti, » che tra gli apostoli non vi fosse alcuno maggiore, ma » lo suppone, e dice, *qui major est vestrum.* Solo vuole » che chi è maggiore, non s' innalzi sopra gli altri con » fasto, ma che si umilj come servo ad esempio di lui, » che maggiore di tutti, si era umiliato a farsi servo » (4).

ARTICULUS III.

Solvitur objectio ex pacto inito deprompta, ut Paulus ethnicis, Petrus Judaeis evangelium nunciaret.

Nihilo gravius est, inquit Mamachius, quod adjungunt de pactione qua factum fuit, ut Paulus Gentilium, Petrus Judaeorum instituendorum onus susciperet. Neque enim

(1) *Matth.* 28. *v.* 11.

(2) *Mamachius origin. et antiq. Christ. lib.* 4. *t.* 5. *p.* 329. 330.

(3) *Tournely de capite Ecclesiae q.* 5. *art.* 1.

(4) *Gotti la vera Chiesa di Cristo art.* 1. §. 1. *n.* 5. *t.* 2. *p.* 4. *vid. Natal. Alexand. hist. Eccl. saec.* 1. *dissert.* 4. *Zacaria Anti-Febron. vindicat. par.* 1. *dissert.* 2. *cap.* 3. *n.* 9. *Carol. Gagliard. instit. Jur. canon. lib.* 1. *tit.* 12. *n.* 4.

hoc pacto sibi ademit gubernandorum, crudiendorumque gentilium auctoritatem Petrus, cum deinceps permultas regiones peragrasse, ethnicosque adlexisse ad evangelicam legem colendam constet. De pacto vero quod Paulus scribit, sic est omnino intelligendum, consensisse quidem Petrum, Jacobum, atque Joannem, ut Paulus, et Barnabas gentibus evangelium nunciarent, cum ipsi onus sibi judaeorum instituendorum sumpsissent, non quod Petrus, si tempus monuisset, nactusque occasionem fuisset, gentes ab se institui non oportere, neque quod ethnicos christianos factos suae curae creditos non esse existimasset. Itaque distinctio duorum populorum, non separatio jurisdictionis, sed evangelii celerius propagandi causa, conventionis quoddam genus inter Petrum, Paulumque fuit (1).

ARTICULUS IV.

Respondetur objecto
ex correptione Pauli adversus Petrum desumpto.

Quod vero reprehensus a Paulo Petrus fuerit, nihil obstat, inquit laudatus Mamachius, quin Petrus princeps, atque monarcha fuerit ecclesiarum (2). Paulus reprehendit Petrum, inquit Tournely, ex charitate, zelo Religionis, non ex superioritate, aut imperio (3). « Lo corresse » da fratello, inquit Card. Gotti, non da superiore e nem» meno da uguale. S. Cipriano ammira l'umiltà di Pie» tro, e la propone per esempio, perchè egli ripreso da » Paolo non allegò il suo primato » *Nec Petrus, cum se» cum Paulus de circumcisione disceptaret, vindicavit ali» quid insolenter, aut arroganter assumpsit ut diceret*, se

(1) *Mamach. origin. et antiq. Christ. lib. 4. t. 5. p. 337.*
(2) *Mamach. cit. loc. p. 334.*
(3) *Tournely de Eccl. capit. q. 5. art. 1. p. 321.*

» *primatum tenere, et obtemperari a novellis, et posteris* » *sibi potius oportere* » (1). Alia est reprehensio, et correctio juridica quae superioris est, inquit Dominicus a ss. Trinitate, alia fraterna, quae cum debita moderatione, quando necessitas id postulat, praesertim publica ab inferiori adhiberi potest etiam superiori. Et talis fuit illa correptio Pauli adversus Petrum juxta communem ss. Patrum sententiam (2).

ARTICULUS V.

Quamvis Petrus una cum Joanne ad Samaritas missus sit iritus Sancti conferendi causa Incolis qui ad Christum accessissent, nihilominus ejusdem primatus integer manet.

» Actorum 8, inquit Febronius, memoratur qualiter audientes apostoli quod Samaria recepisset verbum Dei, » miserunt ad eos Petrum, et Joannem : at missio importat auctoritatem in mittente respectu missi. » Haec tamen Febronii objectio facili negotio solvitur. Etsi enim non imperante, monente tamen, consulente, rogante senatu, cum id reipublicae salus postulat, mitti aliquo princeps, ac monarcha illaesa sua auctoritate, atque dignitate potest (3). » Per venire alla conseguenza di Febronio, » inquit Zacharia, ella non è legittima se dianzi non si » prova, che gli apostoli a Samaria spedissero Piero, e » Giovanni per atto di autorità, e non piuttosto per con» siglio, o ancor per preghiera. Che a questo modo fos» sero colà mandati e Piero, e Giovanni niente impediva.

(1) *Card. Gotti la vera Chiesa di Cristo; del primato di s. Pietro art.* 1. §. 1 *p.* 10.

(2) *Dominicus a ss. Trinitate de s. pontif. rom. sect.* 4. *cap.* 3. *vid. Gregorium homil.* 18. *in Ezechiel. Augustin. epist.* 19. *ad Hieronymum.*

(3) *Mamach. origin. et antiq. Christ. cit. loc. p.* 331.

» Anzi conciossiachè non Piero solamente, ma Giovanni
» ancora, il quale da Paolo è pur chiamato colonna della
» fede, fosse a Samaria inviato, chiaro è, che in questa
» spedizione ebbesi qualche singolar fine, che domanda-
» va la presenza e l'efficacia di due apostoli sì rinomati.
» Nè difficil cosa è lo scoprirlo, tanto solo che si rifletta
» al pericol grandissimo, che a'Samaritani sovrastava d'es-
» sere dalle frodi del perfido Mago Simone sovvertiti.
» Qual cosa però più naturale a pensare, che questa, che
» gli apostoli onde provvedere al bisogno di que' novelli
» cristiani pregassero Pietro e Giovanni di recarsi colà
» contro quell'ardito ingannatore » (1)?

Ignorare convincuntur novatores complura in Scriptura Divina et innumera quae sunt de his in profanis scriptis exempla, inquit Baronius (2) quibus satis superque perspicuum redditur, ad ea quae maximi omnium visa sunt esse momenti, peragenda, qui inter ceteros primatum gererent, legatos missos, cum ipsi, non sic quidem mitti dicerentur, quasi a majore minores, et ut a domino subditi, sed quod rogarentur ob salutem omnium eam suscipere functionem. Subjiciam de his alterum ex veteri, alterum vero ex novo testamento exemplum, addam et tertium ex Auctore profano, ut res omni scripturarum genere testata reddatur. Legitur in primis in libro Josue (3), filios Israel ut de re magna ad investigandum de altari, quod trans Jordanem erexerant filii Ruben, Gad, et media tribus Manasses, in terra Galaad, misisse Phineem, qui habebatur omnium princeps, et decem alios, qui in singulis decem tribubus primatum gerebant. Rursum simili huic

(1) *Zacaria Anti-Febronio dissert.* 1. *cap.* 6. *n.* 9. *vid. Bolgeni l'episcopato cap.* 2. *n.* 28.
(2) *Baron. ad an.* 35.
(3) *C* 22.

urgente causa, ad perquirendum quid de gentilibus, qui Christo crederent, agendum esset, num circumcidi deberent, tunc qui erant Antiochiae fideles, Paulum, et Barnabam miserunt ad consulendum apostolos Hierosolymam (1). Sed quid profanus Auctor, etiam in his, quae sunt Judaeorum, Josephus Judaeus in hanc sententiam scribat, adducamus in medium: Judaeos nempe, qui erant Hierosolymis, cum adversus Agrippam suum ipsorum regem, nec non adversus Festum praesidem causam haberent, misisse Romam ad Neronem imperatorem, non solum ex primoribus Judaeorum decem legatos, sed et cum eis Ismaelem summum Pontificem, et qui huic secundus ordine videbatur Chelciam sacri custodem aerarii.» Quod si mittere hoc modo principem civitatis fas est, cur non item mitti princeps apostolorum ab apostolis potuit, cum periculum praesertim esset, ne Simonis Magi fraudibus Samaritae, qui paulo ante ad sacra christianorum accesserant, circumvenirentur (2)? Affert etiam Zacharia Magorum exemplum qui ab Herode in Bethleem missi sunt, non utique quod Magi sub Herodis essent potestate (3).

ARTICULUS VI.

Explanatur difficultas ex eo petita quod Petrus Judaeis qui graviter conquesti sunt, quia Cornelium Centurionem, aliosque ethnicos ad sacra admisisset Christianorum se se ultro purgavit.

Neque quidquam Petrus apud Lucam in actis judaeis christianis de ethnicis ad christiana sacra adductis loquentibus dixit, inquit Mamachius, quod indignum ejus

(1) *Actor.* 15.
(2) *Mamach. cit. loc. p.* 331.
(3) *Zacaria Anti-Febron. vindicat. par.* 1. *dissert.* 2. *cap.* 3. *n.* 9.

esse principatu videretur. An protestantes Christum summa fuisse potestate, aut superiorem auctoritate, praestantioremque pharisaeis negent? Christus autem cum ab iis fuisset interrogatus, cur illius discipuli facere solerent, quod sabbato facere nefas esset, cur non respondit, ita se velle; sed rationem reddidit exemplo usus Davidis, et sacerdotum? Quod autem Christus cum phariseis egit, cujus absoluta potestas erat, hoccine sibi Petrus cum fratribus, qui vicarius Christi esset, integra auctoritate sua, agendum minime putasset (1)?

Est officium boni pastoris, inquit Tournely, sicut ipse docet Petrus (2) paratum semper esse ad satisfactionem omni poscenti rationem de ea quae in ipso est spe, et fide cum modestia. » Hinc Petri modestiam in hoc facto e- » gregie notavit s. Gregorius Magnus et addit quod si in » querela fidelium aliquid de sua potestate diceret, profe- » cto doctor mansuetudinis non fuisset (3). « Alcuni ebrei » convertiti, inquit card. Gotti, scrupolizzando sopra l'aver » s. Pietro trattato con alcuni gentili massime con Cor- » nelio, Pietro narrò per ordine la visione avuta sopra » questo, ed il comando espresso, con che restarono ap- » pagati. Ma questo non pregiudica all' autorità; anzi è » tenuto il superiore a dar conto di sè, e a levare lo scan- » dalo, quando conosce, che i sudditi lo pretendono dai » suoi portamenti » (4). » S. Pierre, inquit auctor operis » cui tit. De l'autorité des deux Puissances, s. Pierre rend » compte de sa conduite au collége apostolique, mais » un supérieur peut rendre compte de ses actions pour

(1) *Mamach. t.* 5. *cit. loc. p.* 333.
(2) *Petr. epist.* 1. *cap.* 3. *v.* 15.
(3) *Tournely de Eccl. cap. q.* 5. *art.* 1.
(4) *Gotti la vera Chiesa di Cristo del primato di s. Pietro art.* 1. §. 1. *n.* 6. *t.* 2. *p.* 5.

» les justifier, sans déroger à son autorité « (1). » Avrebbe Piero, inquit Zacharia, avrebbe Piero potuto, ben » dice il Calmet (2) co' santi Grisostomo (3) e Gregorio Magno (4) avrebbe, dico, potuto colla sua autorità » dannarli ad un perpetuo silenzio, e dir loro che le pecore non doveano osare di riprendere il pastore, nè » chiedergli ragione di ciò che ei si facesse; ma con preclaro esempio d'umiltà e di mansuetudine anzi che valersi della podestà, che davagli il suo primato, amò » d'adempier quello ch' ei medesimo insegnò poi nella » prima sua pistola (5), e di soddisfare alla lor debolezza » esponendo la serie tutta del fatto, l'avuta visione, la » discesa dello Spirito Santo sopra Cornelio, e i suoi compagni, onde ad evidenza comprender potessero, che » manifesto voler di Dio era, che anche a'gentili predicato fosse il vangelo. Si acchetarono tutti al ragionamento di Piero, dice s. Luca, e magnificarono Dio, il » quale pure alla penitenza invitava i gentili, e per la » penitenza alla vita (6). Che mai in questo racconto esser può, che degradi la giurisdizione di Piero (7)?

(1) *Puff. de jure Nat. et Gent. l. 7. c. 6. §. 2. Auctor oper. cui tit. de l'autorité des deux Puissances tom second, de l'autorité du Souverain Pontife article* 5.

(2) *Calmet in act. apost. cap.* 11. 5. 1.

(3) *Homil.* 24. *in act.*

(4) *L.* 11. *ep.* 45.

(5) 1. *Petr.* 3.

(6) *Act.* 11. 18.

(7) *Zaccaria Anti-Febronio dissert.* 1. *cap.* 6. *n.* 10.

ARTICULUS VII.

Facillime solvitur adversariorum momentum ex eo depromptum quod Paulus evangelium ante nunciare coeperit, quam Petrum vidisset.

Quod vero Paulus evangelium ante nunciare coeperit, quam vidisset Petrum, id, inquit Mamachius, evertere principatum Petri non potest. Quod enim voluntate Christi, imperioque Paulus fecit, Petro sane nolente non fecit. Cur enim ei restitisset Petrus, quem ab absoluto Ecclesiae monarcha propagatorem evangelii, doctoremque gentium constitutum sciret? Quamquam Paulus committendum non putarit, ut Petrus diu, quae ab ipso gererentur, praedicarenturque, nesciret, ne in vacuum cuiquam aut currere, aut cucurrisse videretur (1).

Ceterum Petrum esse Paulo praeferendum docent Dionysius Alexandrinus (2) Cyrillus Hierosolymitanus, Maximus Taurinensis, Beda (3) Ivo Carnotensis (4) Anselmus Cantuariensis (5) Caesar Cardinalis Baronius (6) Robertus Cardinalis Bellarminus (7) Nicolaus Coeffetau (8) ut Charlasium, Petrum de Marca, Theophilum Raynaudum aliosque praeteream. Bacchinius (9) Ludovicus Card. Gottus (10) Orsius (11) Fogginius apud Mamachium (12) Pe-

(1) *Epist. ad Galat. c. 2. v. 2. Mamach. orig. et antiq. Christ. lib. 4. t. 5. p.* 338.
(2) *Apud Euseb. lib. 7. hist. Eccl. cap. 25.*
(3) *Beda Homil. de ss. Petro et Paulo.*
(4) *Par.* 5. *Decretor. cap.* 6.
(5) *Homil. 4. in evangel. secundum Matth.*
(6) *Baronius ad an.* 33.
(7) *Bellarm. lib. 1. de rom. Pontif. cap. 27.*
(8) *De sacra Monarch. Eccl. lib. 1. cap. 10.*
(9) *Bacchin. lettere polemiche contro il Picenino lett. 4.*
(10) *Gotti t. 2. della vera Chiesa di Cristo art. 1.*
(11) *Orsius de auctorit. rom. Pontif. lib. 7.*
(12) *Fogginius de s. Petri itinere et apost. exerc. 1.*

trum potiorem fuisse, praestantioremque dignitate atque potestate Paulo confirmarunt (1).

At praeterire non debeo censuram in illam propositionem ex quibusdam libris excerptam asserentem: « *S.* » *Petrus*, *et s. Paulus sunt duo Ecclesiae capita*, *unum* » *caput constituentes* : Innocentius X. in congregatione » s. officii die 24 januar. an. 1647 eam nota haereseon » inussit; si eo sensu accipiatur et explicetur, ut ponat » omnimodam aequalitatem inter s. Petrum, et s. Pau- » lum sine subordinatione, et subjectione s. Pauli ad s. » Petrum in potestate suprema, et regimine universalis » Ecclesiae » (2).

ARTICULUS VIII.

Pauli verba explicantur quibus se nemine apostolorum inferiorem esse declaravit.

Quod autem dixit Paulus, nemine se apostolorum esse inferiorem, de Apostolatu, inquit Mamachius, ut se e primoribus esse significaret, non de dignitate regendae administrandaeque totius Reipublicae populi Christiani dixit (3). Eadem responsio traditur quoque ab Auctore Operis cui tit. de l'autorité des deux Puissances. « S. Paul » n'étoit pas moins que les autres apôtres, par rapport » aux fonctions de l'apostolat; mais ces fonctions ne sont- » elles pas distinguées de la qualité de chef du collége » Apostolique? Il n'étoit pas moins que les autres apôtres » par les travaux de l'Apostolat ; mais cela dérogeoit-il » à la prééminence de leur chef » (4)?

(1) *Mamach. orig. et antiq. Christ. lib.* 4. *t.* 5. *pag.* 409. *et seq.*

(2) *Vid. Auctor oper. cui tit. Italus ad Febronium t.* 1. *p.* 85. *vid. Bolgeni l'episcopato cap.* 2. *n.* 11.

(3) *Mamach. orig. et antiq. Christ. lib.* 4. *t.* 5. *p.* 338.

(4) *Auctor oper. cui tit. de l'autorité des deux Puissances t.* 2. *art.* 5.

ARTICULUS IX.

Adversariis respondetur opponentibus Petrum et Paulum romanae urbis Patres ac pastores, geminum lumen oculorum universae Ecclesiae, gloriosos principes terrae, judices saeculi vocari, apostolos pariter et episcopos Romae fuisse, Paulum Petro in principatu apostolico fratrem esse, romanos Pontifices se Petri et Pauli dicere successores, Patres demum asserere Ecclesiam romanam a Petro et Paulo institutam fuisse ac fundatam, ac de Petro et Paulo conjunctim saepe, et loqui, et scribere consuevisse.

Natalis Alexander animadvertit Petrum et Paulum Patres urbis Romae merito nuncupari, quia romanos in fide genuerunt, pastores esse quia eos verbo, et doctrina paverunt, geminum lumen oculorum esse, quia sui nominis, ac martyrii luce urbem orbis Principem illustrarunt, sed non ideo aequalem ipsorum potestatem significari (1). Observat deinde Tournely Petrum et Paulum apostolos pariter fuisse, et episcopos Romae quoad munus docendi, non vero quoad auctoritatem regendi totam Ecclesiam (2).

» fossero i sentimenti della più rimota antichità nel ri-
» conoscere trasfusa nei successori l'autorità del primato
» di s. Pietro » (2).

(1) *Lib. de Synod. Arimin. etc. n.* 43. *et lib. de sententia Dionysii n.* 13.

(2) *Bolgeni l'episcopato cap.* 3. *n.* 38. *vid. Natal. Alexandr. hist. Eccl. saec.* 1. *dissert.* 4.

ARTICULUS IV.

Julius I. ac Damasus RR. PP.

Romani Pontificis primatus ex iis etiam quae Julius R. Pontifex in causa s. Athanasii e sede sua detrusi, gessit, eum in communionem suscipiendo, eumque simul et ejus hostes ad apostolicum vocando tribunal, a Natali Alexandro luculentissime evincitur, idemque ex ejusdem Julii facto probatur, quo s. Athanasium Patriarcham Alexandrinum, Paulum episcopum Constantinopolitanum, Marcellum Ancyranum, et Asclepam Gazensem ab Arianis exauctoratos, suis Sedibus restituit (1).

Quid vero de Damaso dicam? Audiatur hac de re sapientissimus Maurus Capellari nunc summus Pontifex Gregorius XVI. » San Damaso Papa nel Concilio Co-
» stantinopolitano I. aveva agli orientali prescritto di a-
» gitare unicamente la causa degli Eunomiani, e Mace-
» doniani, ed avendo il Concilio oltrepassato tai limiti
» col decider ancor quella degli Eudossiani, si annulla-
» rono dal Pontefice gli atti contro questi secondi, come
» attesta s. Gregorio Magno (2). Chi nella Nazione a'suoi
» Magistrati prescrive, ed annulla quanto viene da essi
» fuori delle sue prescrizioni decretato, esercita, non v'ha
» dubbio, un potere Monarchico » (3).

(1) *Socrates lib. 2. hist. Eccl. cap. 2. Sozomenus lib. 3. hist. Eccl. cap. 7. Natalis Alexander hist. Eccl. saec. 1. dissert. 4. § 2.*

(2) *Lib. 6. ep. 31.*

(3) *Capellari trionfo della s. Sede, discorso preliminare.*

ARTICULUS V.

SS. Innocentius I. ac Bonifacius RR. PP.

Atque ut omittam s. Siricium decretali epistola ad Himerium Tarraconensem ac s. Zosimum, praeclarum habemus ex gestis s. Innocentii I. argumentum, de quo sic scribit auctor operis cui tit. de l'autorité des Deux Puissances: Innocent I. répondant aux évêques d'Afrique, les loue de lui avoir demandé la confirmation de la sentence qu'ils ont prononcée contre Pélage . . . Vous avez déféré, dit-il, en s'adressant aux pères du Concile de Milève, vous avez déféré, comme il convenoit à l'honneur apostolique, de celui qui outre ses affaires particulières est encore chargé de la sollicitude des autres églises. Pélage ayant été condamné par les évêques d'Afrique, porte sa cause devant le saint-siége : Innocent I. confirme le décret ; et s. Augustin déclare à l'hérésiarque que la cause est finie, après que Rome a prononcé (1).

Egregia quoque sunt haec s. Bonifacii verba universis per Thessaliam constitutis episcopis. » Institutio universalis nascentis Ecclesiae de B. Petri sumpsit honore » principium, in quo regimen ejus, et summa consistit. » Ex ejus enim ecclesiastica disciplina per omnes Ecclesias, religionis jam crescente cultura, fonte manavit. » Nicaenae Synodi non aliud praecepta testantur. Adeo » ut non aliquid super eum ausa sit constituere, cum videret nihil supra meritum suum posse conferri. Omnia » denique huic noverat Domini sermone concessa. Hanc » ergo Ecclesiis toto orbe diffusis, velut caput suorum

(1) *Auctor oper. cui tit. de l'autorité des deux puissances t. 2. chapitre 2. article 2.*

» certum est esse membrorum, a qua se quisquis abscidit, » fit christianae religionis extorris, cum in eadem non coe- » perit esse compage » (1). En, inquit Gerdil, ab ipso Ecclesiae nascentis exordio summa regiminis in apostolica Sede per B. Petrum a Christo constituta ; ab hac velut fonte per omnes Ecclesias ecclesiastica disciplina manavit: nihil in eam Sedem Nicaena Synodus contulit, sed nec conferre potuit, utpote cui omnia noverat Domini sermone concessa. Profecto si nihil in Romanam Sedem nec ipsa oecumenica Synodus conferre potuit, cui omnia Christi sermone concessa noverat, non alteri sane quam uni Christo immediate accepta referri potest auctoritas illa primatus, qua Romanus Pontifex in persona Petri velut caput universis Ecclesiis praeest toto orbe diffusis (2).

ARTICULUS VI.

Caelestinus R. P.

Si Ecclesiasticas tantisper evolvamus historias nonne idem probari cernimus ex gestis Caelestini in damnatione Haereseos Nestorianae? Nestorius episcopus Constantinopolitanus in haeresim labitur, inquit Tournely. Certior factus de ejus impietate Caelestinus R. Pontifex, vices suas committit Cyrillo episcopo Alexandrino, ut eum communione, et episcopatu privaret, si fuerit in errore propugnando pertinax(3).

(1) *S. Bonifacius ep.* 14. *ap. Const.*

(2) *Gerdil de Pont. primatus auctoritate adv. Marsilium Menandrinum t.* 15.

(3) *Tournely de Eccles. q.* 5. *art.* 2. *Natal. Alexand. hist. Eccl. saec.* 1. *dissert.* 4. *Caelestin. epist. ad Cyrillum, quae refertur part.* 1. *Conc. Ephesini n.* 15.

« S. Cirillo Alessandrino, ut animadvertit Bolgenius, » non avea sopra Nestorio vescovo di Costantinopoli » giurisdizione alcuna: Nestorio era soggetto al vescovado » di Eraclea. Tutto ciò dunque, che s. Cirillo fece iu » questa causa, (e fece appunto quello che il Papa avea » comandato) nol fece, e nol potè fare, se non come de- » legato, e in vigore della commissione del Papa: *Au- » ctoritate tecum nostrae Sedis adscita, nostra vice usus.* » Questa autorità fu subito riconosciuta da s. Cirillo colle » procedure fatte contro Nestorio, fu riconosciuta dai ve- » scovi di Antiochia, di Gerusalemme, ed altri, dal Clero, » e dal Popolo di Costantinopoli, e da Nestorio medesi- » mo ai quali tutti scrisse il Papa notificando la com- » missione data a s. Cirillo, e niuno de' quali a ciò si op- » pose come se fosse una novità e un procedere illegitti- » mo senza potestà, e per mera usurpazione dei diritti » altrui » (1).

Quod si adhuc tamen, inquit Gerdil, et quidem annuente Pontifice, causa Nestorii ad Ephesinam Synodum perlata est, non alio id consilio factum, quemadmodum rite advertit vir cl. Petrus Ballerinius (2) nisi « ut decepti ab haereticis, aut praejudiciis, atque difficultatum nebulis impediti, tot Patrum doctrinis, et sermonibus instructi atque convicti ad catholicum sensum et unitatem adducerentur; ut ne tamen liberum ac licitum crederetur apostolicae definitioni, quam semper oecumenicae Synodi ratam habuerunt, nunquam repudiarunt, contradicere, ac repugnare » (3).

(1) *Bolgeni l'episcopato cap.* 3. *n.* 39.
(2) *Petrus Ballerinius de primatu cap.* 13.
(3) *Gerdil de Pontif. primatus auctoritate adversus Marsilium Menandrinum t.* 15.

ARTICULUS VII.

SS. Leo ac Simplicius RR. PP.

Leo Magnus, ut animadvertit Gerdil, Anastasium Thessalonicensem, tametsi pro sedis Apostolicae vicariatu, ampliore quadam potestate prae caeteris earum partium episcopis utentem, his nihilominus verbis admonere non dubitavit: *Vices nostras ita tuae credidimus caritati, ut in partem sis vocatus sollicitudinis, non in plenitudinem potestatis.* Cujus vim ita deinceps explicat, ut eam in apostolica Sede constitutam intelligere quisque valeat, unde et concludit: « De qua forma, episcoporum quoque orta est distinctio, » et magna ordinatione provisum est, ne omnes sibi omnia vindicarent, sed essent in singulis provinciis singuli, quorum inter fratres haberetur prima sententia, » et rursus quidam in majoribus urbibus constituti, sollicitudinem susciperent ampliorem, per quos ad unam » Petri Sedem universalis Ecclesiae cura conflueret, et » nihil usquam a suo capite dissideret » (1).

De eodem Pontifice sic etiam scribit doctissimus Maurus Capellari nunc Gregorius Papa XVI. « Il Concilio Calcedo» nese avea formato il canone 28 con cui conferivasi alla » Sede Costantinopolitana la prima dignità dopo quella di » Roma. Trovavasi s. Leone, come osserva l'eruditissimo » Dott. Marchetti in pressantissime circostanze di con» fermarlo, nulladimeno con apostolica costanza vi con» tradice, come contrario al canone sesto del Concilio » Niceno, e con la pienezza della sua autorità lo cassa ed » annulla. Ecco il vero Monarca » (2). Sed jam s. Sim-

(1) *Vid. epist.* 14. *apud. Baller. Gerdil ad Hierarch. Eccl. Constit. opusc.* 4. *t. XI. edit. rom. p.* 155. *et seq.*

(2) *Maurus Capellari trionfo della s. Sede discorso preliminare* § 43., 44.

plicii gesta expendamus. Electus est et consecratus Stephanus junior, inquit Natalis Alexander, vir pietate spectatissimus. Qua in ordinatione vulnus Canonibus Nicaenis inflictum est, decernentibus ut Antiochenus Patriarcha ab Orientali Synodo ordinetur. Verum Zenone rogante, Simplicius Romanus Pontifex veniam infracti Canonis concessit. Quo ex facto et Romani Pontificis primatus supra omnes episcopos evidenter ostenditur : quippe qui cum Patriarchis etiam Orientalibus de Canonibus Conciliorum oecumenicorum dispenset, rogante Imperatore (1).

ARTICULUS VIII.

Nonnulla aliorum Romanorum Pontificum testimonia.

Romanorum Pontificum testimonia mihi breviter expendenti jam se se offert s. Gelasius I. ita scribens:» Sancta Romana catholica et apostolica Ecclesia, nullis Synodicis constitutis, caeteris Ecclesiis praelata est, sed » Evangelica voce Domini, et Salvatoris nostri primatum » obtinuit.» Et ne longior sim plus quam par est, silentio praetereo s. Symmachum, s. Hormisdam, s. Agapetum I., Pelagium I., s. Gregorium I. M. Non affero s. Martinum I., s. Agathonem, s. Gregorium II., s. Zachariam, Hadrianum I., Gregorium IV., s. Leonem IV., Benedictum III., audiatur tamen s. Nicolaus I. M. » Ecclesiae Romanae » privilegia, Christi ore in Beato Petro firmata, in Ecclesia ipsa disposita, antiquitus observata, et a cunctis » Synodis celebrata, atque a cuncta Ecclesia jugiter venerata, nullatenus possunt minui, nullatenus infringi, » nullatenus commutari, quoniam fundamentum quod » Deus posuit, humanus non valet amovere conatus, et

(1) *Natalis Alexander t. 9. hist. Eccl. vid. Gerdil t. 12. p.* 63.

» quod Deus statuit, firmum, validumque consistit . . .
» Ista igitur privilegia huic Sanctae Ecclesiae a Christo
» donata, a Synodis non donata, sed jam solummodo ce-
» lebrata, et venerata, per quae non tam honor, quam
» onus nobis incumbit . . . nos cogunt, nosque compel-
» lunt omnium habere sollicitudinem Ecclesiarum Dei »(1).
Omitto brevitatis gratia Hadrianum II., Stephanum V. (2), Benedictum IV., Sergium III., Joannem X., Leonem VII. (3), Agapitum II. Joannem XII. Non commemorabo Joannem XIII., Benedictum VI., Benedictum VII., Gregorium V., Sylvestrum II., Joannem XVIII., Sergium IV., Clementem II. Silentio quoque praetereo s. Leonem IX. (4), Victorem II., Stephanum IX., Nicolaum II. (5), Alexandrum II., s. Gregorium VII. Sed audiamus Urbanum II.: « Singulare semper Sedis apostolicae privilegium
» claruit subjectas sibi per orbem terrarum Ecclesias et
» auctoritate disponere, et benignitate clementius con-
» fovere » (6). Mitto Paschalem II., nil de Callisto II., dicam, sed audiatur Honorius II. « Sancta Romana Eccle-
» sia, quae a Deo sibi concessum omnium Ecclesiarum
» retinet principatum, tanquam diligens Mater singulis
» debet Ecclesiis instanti vigilantia providere; ad ipsam
» quasi ad caput et Matrem ab omnibus est concurren-
» dum » (7). Non afferam Innocentium II., Eugenium III., praetermitto Anastasium IV. (8). Afferri posset Ale-

(1) *S. Nicolaus I. M. epist.* 8. *ad Michaelem imperatorem.*
(2) *Epist.* 1. *ad Basilium imper.*
(3) *Epist.* 3. *ad Gallos et Germanos.*
(4) *Leo IX. epist.* 1. *ap. Labb.*
(5) *Nicolaus II. epist.* 3. *ad Gervasium Remensem archiepiscopum.*
(6) *Urbanus II. epist.* 18. *ad Alphanum Salernitanum archiepiscopum.*
(7) *Epist.* 7. *ad Petrum Cluniacensem abbatem.*
(8) *Anastasius IV. epist.* 8. *ad canonicos regulares Lateranenses.*

xander III., plura de Urbano III., dicere possem (1) Caelestinum III. omitto (2), sed afferamus Innocentium III. Innocentius III., inquit Gerdil, rogatus a Camatero Patriarcha constantinopolitano, qua ratione romana Ecclesia universalis dici posset, rescripsit Pontifex Ecclesiam duabus de causis universalem vocari. « Dicitur enim universalis Ecclesia, quae de universis constat Ecclesiis, quae graeco vocabulo Catholica nominatur, et secundum hanc acceptionem vocabuli, Ecclesia romana non est universalis Ecclesia, sed pars universalis Ecclesiae, prima videlicet, et praecipua, veluti caput in corpore; quoniam in ea plenitudo potestatis existit, ad caeteros autem pars aliqua plenitudinis derivatur. Et dicitur universalis Ecclesia illa una, quae sub se continet Ecclesias universas. Et secundum hanc nominis rationem romana tantum Ecclesia universalis nuncupatur » (3).

Nec silentio praeterire debeo Gregorium IX. Insigne supremae primatus potestatis in universa Ecclesia documentum, ut ait Gerdil, edidit Gregorius IX. venerando eo volumine, quo adhibita s. Raymundi Pennafortii diligenti cura et studio, decessorum suorum constitutiones et responsa in unum corpus collecta, libris quinque sub decretalium nomine comprehensa promulgavit, praescribens *ut hac tantum compilatione universi uterentur in judiciis, et scholis.* Quae collectio tanta continuo auctoritate in Ecclesia viguit, ut in ea jus *commune* constitutum omnes agnoverint (4).

(1) *Urbanus III. epist. 1. ad omnes episcopos de sui electione.*

(2) *Caelestinus III. epist. 5. ad episcopum Lincolniensem.*

(3) *Gerdil ad Hierarch. Eccl. Const. opusc. 4. t. XI. edit. rom. p.* 156.

(4) *Gerdil de Pontif. primatus auctoritate adv. Marsilium Menandrinum t.* 15.

Atque ut omittam Clementem IV. (1) Gregorium X., Clementem V., Benedictum XII., habemus Clementem XI. (2), habemus Innocentium VI., habemus Gregorium XI. adest Martinus V., occurrit Eugenius IV., ac praesto nobis est Leo X. (3), qui omnes Pontificii primatus argumenta nobis suppeditant.

ARTICULUS IX.

Benedicti XIV. Pii VI. ac Gregorii XVI. testimonia.

Quod si brevitatis gratia plures alios R. Pontifices silentio praetereo, attamen Benedictum XIV. Pium VI. ac Gregorium XVI. in medium afferre operis pretium esse arbitror. Benedictus XIV. aperte declarat Graecos etiam agnoscere debere « s. apostolicam Sedem et Romanum Pontificem in universum orbem tenere primatum » (4). Egregia quoque sunt hac de re haec Pii VI. verba: « super soliditate Petrae fundatam a Christo Ecclesiam, Petrumque singulari Christi munere prae caeteris electum, qui vicaria potestate apostolici chori princeps existeret, totiusque adeo Gregis pascendi, Fratres confirmandi, totoque orbe ligandi ac solvendi summam curam auctoritatemque in successores omni aevo prorogandam susciperet, *Dogma Catholicum est*, quod ore Christi acceptum, perenni Patrum praedicatione traditum, ac defensum, Ecclesia universa omni aetate sanctissime retinuit. In hoc scilicet apostolicae Cathedrae principatu firmum voluit

(1) *Clemens IV. epist. 3. ad Petrum electum Pataviensem episcopum.*

(2) *Clemens VI. epist. ad omnes archiepiscopos eorumque suffraganeos de flagellantium haereticorum condemnatione.*

(3) *Leo X. Const. Exurge Domine.*

(4) *Benedictus XIV. Constit. etsi pastoralis de dogmatibus et ritibus ab Italo-Graecis tenendis atque servandis t. 1. Bullar.*

Christus, constrictumque teneri unitatis vinculum, quo Ecclesia per universum mundum propaganda, ex membris quantumcumque dissitis, mutua omnium in uno capite consociatione in unam corporis compagem coalesceret » (1). Sed audiamus S. P. Gregorium XVI. quem D. O. M. diu nobis servet incolumem: » Haec semper fuit catholico-
» rum omnium concors, et firma sententia; hoc fidei
» dogma est Romanum Pontificem beati Petri apostolo-
» rum principis successorem primatum non solum hono-
» ris, sed auctoritatis etiam ac jurisdictionis in universa
» Ecclesia obtinere, atque adeo ipsos episcopos illi esse
» subjectos » (2).

ARTICULUS X.

Refelluntur adversarii contendentes Romanis Pontificibus Sedis suae dignitatem commendantibus in propria videlicet causa non esse credendum.

» Audio quid dicant, inquit Bossuet, Romanis Pontificibus, Sedis suae dignitatem commendantibus, in propria videlicet causa non esse credendum, sed absit . . . quod quidem hic semel dicere placuit, ut temerariam, ac pessimam responsionem confutarem; profiteorque me de Sedis apostolicae Majestate, Romanorum Pontificum doctrinae, et traditioni crediturum; quamquam eorum Sedem non ipsi magis quam reliqui, ac tota Ecclesia, atque orientales haud minus quam occidentales praedicant » (3).

Ceterum non in causa propria ita scripserunt, egeruntque

(1) *Pius VI. Brev. super soliditate.*

(2) *S. P. Gregorius XVI. epistola encyclica ad episcopos, capitula, parochos, caeterumque clerum Helvetiae incip.* commissum divinitus 16. *cal. Junias an.* 1835.

(3) *Bossuet apud Gerdil t.* 12. *p.* 297.

Romani Pontifices, inquit Zallinger, sed in causa Christi, a quo vicarii constituti sunt, in causa Ecclesiae, cui summa cum potestate praepositi sunt, in causa Divinae Religionis, cujus praecipui depositarii sunt, in causa ovium, de quarum salute rationem se reddituros aeterno Judici norunt; nec ipsi magis de suprema sua potestate, quam sacrae scripturae, et traditiones, et Patres, Concilia, et Doctores Ecclesiae ita sentiunt, praecipiuntque.

2. Si haec exceptio: *in causa propria*, hoc loco valet, eadem objectari semper poterit et judici, qui contumacem, aut petulantem litigatorem: parenti qui immorigerum filium: pastori qui gregem continet, luposque abigit. Immo si quis se, vitamque, et fortunas suas, si honorem, si auctoritatis, vel juris sui quamlibet partem defendit contra iniquos invasores, repelli poterit hac exceptione: *In propria causa.*

3. Viri sanctissimi, et caelesti pleni sapientia, ambitionis nota, fastusque suspicione aspergi non possunt sine impudente calumnia, sed pro certo tenendum, eos ita locutos et perpetua quidem consensione, atque ita actitasse tanquam conscios, memoresque gravissimi officii divinitus impositi, atque sollicitos de salute Ecclesiae, et animarum, de quibus rationem reddituri erant Divino Judici » (1).

(1) *Zallinger instit. jur. Eccl. publ. et privati lib. subsidiar. cap.* 6. § 94. *t.* 2. *p.* 287.

CAPUT VII.

Argumentum pro R. P. primatu statuendo ex ipsis regibus depromptum.

Sed primatum cernimus a regibus quoque evinci. Agnovit primatum Constantinus, inquit Pozzolus, et Hosium Papae legatum Alexandriam misit, ut causam Arii ab Alexandro damnati, iterum tractaret, et Orientis haereses fulminaret. In Donatistarum Schismate unitatis originem et caput Melchiadem agnoscit, ea in causa judicantem. Mirum non est Constantem Athanasii defensorem, Romanum Pontificem agnovisse, ejusque potestatem veneratum; qui ubi rescivit de Synodo Romana, fratri bellum indixit, ut Sozomenus narrat. Mirabile est Constantium millies vocatum Antichristum, Arrianorum caput, plura primatus testimonia largiri. Video Theodosium qui Nectarii ordinationem a Romano Pontifice firmari contendit. Celeberrimus in duplici causa et Chrisostomi catholici et Pelagii haeretici effulget Honorius, et de prima Palladius: « Congregati Italiae episcopi » Imperatorem orant, ut scriberet Arcadio Fratri suo, ut » juberet Thessalonicae fieri Concilium. His inflammatus » Imperator, episcopo quidem Romano scribit, ut mittat » episcopos quinque, presbiteros duos Romanae ecclesiae, » et epistolam, » ubi vides auctoritatem Pontificis in Conciliis indicendis, et orientalium causis terminandis. In altera causa Pelagii Romanorum Pontificum judicium sequitur, et Imperiales leges canonicis conjungit (1). Un-

(1) *Possidius in vit. August.*

de egregie Prosper:
« Decernis quod Roma probet, quid Regna sequantur» (1).

Valente Ariano principe vita functo, inquit P. Ballerinius, qui plures catholicos episcopos e suis sedibus pepulerat, Gratianus Imperator Orientis imperio potitus legem tulit, *ut aedes sacrae iis traderentur*, *qui cum Damaso communicarent*. Imperator scilicet catholicus ab episcopis catholicae fidei professoribus Ecclesias regi volens, ex communione cum Damaso Romano Pontifice catholicae fidei episcopos dignosci sciebat, quippe qui non aliam intelligeret esse catholicam fidem, nisi quae cum fide Romanorum antistitum conveniret, neque cum hac fide convenire nisi illos episcopos, qui cum iisdem summis Pontificibus communicarent (2).

Extat, ut inquit Pozzolus, et nobilissimum illud Valentiniani tertii testimonium pro Romano Pontifice: « Cum » igitur Sedis apostolicae primatum sancti Petri meritum, » qui princeps est Sacerdotalis coronae, et Romanae di» gnitas civitatis » etc. Extat epistola Marciani ad Leonem, ut ad Synodum accurrat si velit, et de Concilii episcopis concludit, « sicut Sanctitas tua secundum ecclesia» sticas regulas definiverit, sua dispositione declarent. » Cernimus Anastasium Hormisdae plures epistolas transmittere, et de quaestionibus Scytharum ita scribere: « Hor» tamur ad ea quae de Scythiae partibus mota sunt. . . . » Mediatorem se apostolatus vester constituat, ut conten» tionibus amputatis, unitas sanctae restituatur Ecclesiae.»

Justinianum audiamus qui epistola ad Joannem ita loquitur: « Reddentes honorem apostolicae Sedi, et ut decet

(1) *Prosper advers. ingr. Pozzolus de success. rom. Pontif. lib.* 2. *part.* 1. *cap.* 11.

(2) *Petrus Ballerinius de vi ac ratione primatus rom. Pontif. cap.* 13. § 6. *n.* 29. *Theodoret. lib.* 5. *hist. cap.* 2.

» Patrem honorantes vestram beatitudinem, omnia quae » ad ecclesiarum statum pertinent, festinavimus ad no- » titiam deferre vestrae Sanctitatis. » et novella 9. « Ut » legum originem anterior Roma sortita est, ita et sum- » mi Pontificatus apicem, nemo est qui esse dubitet. »

Post Imperatores Romanos, etiam vultis exteros reges, et ipsos quoque vobis affero Divini Juris primatum declarantes. Affero Sigismundum Burgundionum regem qui in epistola ad Symmachum, ipsum appellat *universalis Ecclesiae praesulem*; afferam Childebertum mittentem ad Pelagium ut sciret quid teneret de quinto Concilio, et epistola Leonis. Atalaricum affero decernentem ut omnia fiant juxta Romanae Ecclesiae decreta. Afferam etiam Theodoricum Arianum in causa Symmachi Papae excipientibus episcopis, *ipsum qui dicebatur impetitus, debuisse Synodum convocare* » ipsis respondit « ipsum quoque » Papam in colligenda Synodo voluntatem suam literis » demonstrasse. »

Cerno innumeris vicibus Romanum episcopum supremum controversiarum judicem principes agnoscere, etiam Arianos, etiam infideles, et toties agnoscere, quoties fidei controversias transmittunt Justinus, Justinianus, Theodosius, Valens, Constantinus, et Aurelianus ipse gentilis. Innumeris vicibus vos auditis fateri Justinianum cum asserit haereticos omnes in Oriente natos, apostolicae Sedis judicio correctos (1).

Hac de re clarissimi Barruel verba in medium afferre juvat: « Il n'en restera pas moins écrit dans les annales du Breton et du Romain, que Lucius, ce premier roi connu parmi les rois chrétiens de la grande-Bretagne, et de tout l'occident, fut aussi le premier des rois qui ordonna

(1) *Pozzolus de success. rom. Pontif. lib. 2. par. 1. cap. 11.*

à ses ambassadeurs de traverser les mers pour aller reconnoître et révérer dans Rome le premier des pontifes et l'héritier de Pierre. »

» Le roi de Murcie écrivoit au Pape Léon III.: » Nous qui vivons aux extrémités de la terre, ce n'est pas sans raison que nous nous applaudissons plus que les autres de la gloire du premier des pasteurs. Sa grandeur même a fait notre salut; comme son bonheur est notre joie. Car c'est du même siége qui vous à élevé à la dignité apostolique qu'est venue jusqu'à nous la vérité de foi » (1).

» Elle étoit dans toute sa force, cette même autorité de Pierre et de son siége, quand Edgard, ce prince, l'amour et les délices de l'Angleterre, confirmant par ses lois celles des conciles de Londres, envoyoit solliciter à Rome la sanction du siége apostolique, pour les rendre à jamais inviolables » (2).

« C'est cette foi accompagnée d'une soumission constante à l'autorité religieuse de Pierre, qui relève, à mes yeux, la gloire de Charlemagne. J'aime à voir ce prince nous dire avec toute la franchise de sa foi: » Quant à moi, je m'unis, dans toute la sincérité de mon ame, et dans toute la joie de mon coeur, au siége apostolique et aux traditions antiques et catholiques de l'Eglise naissante. » *Apostolicae sedi et antiquis ab initio nascentis Ecclesiae et catholicis traditionibus, tota mentis intentione, tota cordis alacritate conjungor.* »

Ce qui nous frappe encore dans Charlemagne, c'est cette attention à faire rechercher, à ériger en loi de son empire, tout ce que les canons avoient prononcé avant

(1) *Epist. Knulph. reg. Mur. ad Leon. III. inter epist. Leon.*

(2) *Apud Lab. inter act. Concil. Londin. an.* 970 *Barruel du Pape et de ses droits religieux tom.* 1.

lui, sur les droits du siége apostolique. Tous ces canons antiques, vous les retrouverez dans ses capitulaires. D'abord vous y verrez, de la part de ce prince ces exhortations pressantes à honorer le siége de Rome, en mémoire de Pierre, en sorte que cette Eglise, la mère de tout l'ordre sacerdotal, soit aussi le premier oracle de la doctrine, *ut quae nobis sacerdotalis mater est dignitatis, esse debeat ecclesiasticae magistra rationis* (1).

Cum Joannes, Agapetus, Vigilius, Constantinus Romani Pontifices Graeciam peragrarunt, nullo non loco, inquit Thomassinus, excepti sunt tanquam Petrus ipse, et cum summis atque inusitatissimis honoribus Imperatores ipsi eos afficerent, ad eorum vestigia provoluti . . . Reges quoque Galliarum cum eo ventitarunt Pontifices, summa eosdem veneratione, et ulteriori quam usurpatum ante fuerat, prosecuti sunt (2).

CAPUT VIII.

Tituli Romano Pontifici tributi ejusdem primatum clarissime ostendunt.

ARTICULUS I.

Tituli R. Pontifici tributi ab Ephesino Conc. quinta et sexta Synodo, Conc. Chalcedonensi, a Fulgentio, Justiniano ss. Prospero, Ambrosio, Bernardo ac Francisco Salesio.

Quid autem de Romanorum Pontificum titulis dicam? Nonne in Ephesino legitimo Romanus episcopus appellatur *ordinarius successor, et vicarius B. Petri apostolorum principis*, et dicitur in eo *Petrus vivere, causasque*

(1) *Barruel du Pape t. 2. troisième partie chapitre 2.*

(2) *Thomassinus de Vet. et nov. Eccl. discipl. t. 1. part. 1. lib. 1. cap. 6.*

decernere? Nonne in quinta Synodo Conciliorum Praeses appellatur? Nonne in sexta Synodo Petrus in successore loquitur? *Petrus per Agathonem loquebatur.* Chalcedonense Concilium audimus Romanum Pontificem mille condecorare titulis. Ibi Petrum cernitis Patriarchas ipsos per successorem condemnare. Ibi Petrum videtis in Leone loqui: *Petrus per Leonem loquutus est.* Ibi Leo cernitur post Deum Judex. Ibi dicitur Leo Petri apostoli praeditus dignitate.

Video orientales dicere Symmachum *Petri doctoris discipulum doctum oves Christi per totum mundum habitabilem sibi creditas pascere.* Audio Romanam Ecclesiam mundi cacumen a Fulgentio appellari. Apex Pontificatus inscribitur ab ipso Justiniano. Sed validior est titulus ille quo Romanus episcopus caput asseritur totius Ecclesiae. Audiamus quartum Concilium in epistola ad Leonem: *Quibus sicut membris caput praeeras* (1). Hinc s. Prosper:

« Sedes Roma Petri quae pastoralis honoris;
» Facta caput mundi, quidquid non possidet armis
» Religione tenet. »

Sponsus Ecclesiae appellatur Papa in Concilio Lugdunensi generali (2). Rector Domus Dei dicitur ab Ambrosio. Pater patrum, quod nomen tribuitur Damaso Pontifici a Stephano archiepiscopo Carthaginensi epist. 81 ad Siricium Papam. Episcopus universalis vocatur in Concilio Chalcedonensi (3).

Sed jam audio Bernardum ita loquentem: « Age indagemus adhuc diligentius quis sis, quam geras videlicet pro tempore personam in Ecclesia Dei. Quis es? sacerdos Magnus, Summus Pontifex. Tu princeps episcopo-

(1) *Vid. Pozzolum de success. rom. Pontif. lib.* 2. *part.* 1. *cap.* 9.
(2) *Cap. ubi periculum de election. in* 6.
(3) *Act.* 3. *Vid. Bellarmin. de rom. Pontif. lib.* 2. *cap.* 31.

» rum, tu haeres apostolorum, tu primatu Abel, guber-
» natu Noe, Patriarchatu Abraham, ordine Melchisedech,
» dignitate Aaron, auctoritate Moyses, judicatu Samuel,
» potestate Petrus, unctione Christus. »

Sanctus Franciscus Salesius varios etiam collegit titulos ab antiquitate ecclesiastica Romanis Pontificibus tributos, quos sic refert de Maistre « Le Pape est donc appelé-Le très-saint Evêque de l'Eglise Catholique (1)-Le très-saint et très-heureux Patriarche (2)-Le Patriarche universel (3)-Le Chef de l'Eglise du monde (4) Le Père des Pères (5)-Le Préfet de la maison de Dieu, et le gardien de la vigne du Seigneur (6)-Le vicaire de J. C. le confirmateur de la foi des Chrétiens (7)-Le Souverain Pontife (8)-Le prince des Evêques (9)- La Chaire, et l'Eglise principale (10)-Le siége sur le quel le Seigneur a construit l'Eglise universelle (11)-Le siége suprême apostolique (12)-L'Eglise présidente (13)-L'Eglise préposée et préférée à toutes les autres (14)-Le premier de tous les siéges (15)-Le port très-sur de toute communion catholique » (16).

(1) *Concile de Soissons de 300 évêques.*
(2) *Ibid. tom. 7. Concil.*
(3) *S. Léon P. epist.* 62.
(4) *Innoc. ad PP. Concil. milev.*
(5) *Concile de Chalcéd sess.* 3.
(6) *Concile de Carthage, epist. ad Damasum.*
(7) *S. Jerôme praef. in evang. ad Damasum.*
(8) *Concile de Chalcéd. in epist. ad Theod. imper.*
(9) *Ibid.*
(10) *S. Cyprian. epist.* 55. *ad Cornel.*
(11) *S. Damase epist. ad univ. episc.*
(12) *S. Athanase.*
(13) *L'Emper. Justin. in l.* 8. *cod. de sum. Trinit.*
(14) *Victor d'Utique in lib. de perfect.*
(15) *S. Prosper. in lib. de ingrat.*
(16) *Concile de Rome, sous s. Gélase.*

CAPUT IX.

Momentum a clarissimo Hallier ex Caeciliani ordinatione desumptum.

Nec leve argumentum duco, inquit Hallier, ex ordinatione Caeciliani: « Etsi enim sciret Caecilianus se a duodecim tantum episcopis nulla majori dignitate ornatis Carthaginensem episcopum fuisse creatum; a secundo vero Numidiae primate et septuaginta fere episcopis damnatum, atque in suum locum Majorinum inductum, etsi ad eorum quoque communicationem Mauritaniae episcopos tractos esse sciret, ut tota fere Africa in eum conspirasse videretur; tutus tamen communicatione Summi Pontificis, a quo sciebat ordinationem suam fuisse approbatam, conjurationem istam tam nnmerosam, tam potentem, tam late diffusam contempsit, et victoriam de calumnia, et mendacio reportavit; cujus rei testis est Augustinus de praedicto Caeciliano ad Donatistas scribens: (1) « Posset non curare conspirantem multitudinem inimicorum, cum se videret, et Romanae Ecclesiae, in qua semper apostolicae Cathedrae viguit principatus et cunctis terris, unde Evangelium ad ipsam Africam venit, per communicatorias literas esse conjunctum » (2).

(1) *Augustin. epist.* 162.

(2) *Hallier de sacr. Ordinat. par.* 3. *sect.* 5. *cap.* 4. *n.* 11. *vid. Gerdil tom. XI. p.* 276. *edit. rom.*

CAPUT X.

Petri Ballerinii argumentum ex frequenti schismaticorum et haereticorum veterum more deprомptum nunc Romanum Pontif. secum communicantem jactandi, nunc ejus communionem, suorumque dogmatum approbationem dolose procurandi, nunc creandi, aut Romam submittendi aliquem, qui se veluti Pontificem Romanum gereret.

Frequens schismaticorum, et haereticorum veterum mos fuit, inquit Petrus Ballerinius, nunc Romanum Pontificem secum communicantem, secumque sentientem jactare, nunc ejus communionem, approbationemque suorum dogmatum dolose procurare, nunc creare, aut Romam submittere aliquem, qui se tamquam Romanum Pontificem gereret, ut ipsi exinde viderentur catholici, et catholica haberetur eorum doctrina. Id non aliunde duxit originem, nisi ex eo quod constans, et notum omnibus catholicis esset, schismaticum, vel haereticum esse eum, qui communionis, ac fidei unitatem cum Romano Pontifice nequaquam praefert.

Ex Schismaticis sufficiet indicare Fortunati partem, quae, ut se catholicae communionis esse probaret, Romam misit Felicissimum *ad Petri cathedram, et ad Ecclesiam principalem, unde unitas sacerdotalis exorta est*; idemque cum s. Cornelio summo Pontifice multis egit, ut eum in suam partem adduceret: si enim hanc cathedram suam esse probare potuisset, praevidebat se declinaturum schismatis notam, et ob communionem cum Ecclesia principali, ex qua sacerdotalis unitas oritur, unitati omnium Ecclesiae sacerdotum suam partem esse accensendam confidebat.

Ex Haereticis, vero, solos Arianos interim considerare satis esto: qui Liberium pluribus tentarunt, ista *secum impii cogitantes*; teste Athanasio, *si Liberium in nostram sententiam traxerimus, omnes brevi superabimus;* quia nimirum catholici omnes Romano Pontifici ejusque fidei legitime propositae adhaerendum nossent (1).

CAPUT XI.

Barruel ac Muzzarelli hac de re momentum.

Nec parvi ponderis est pro Pontificio primatu momentum quod a clarissimo Barruel hisce verbis affertur: « A » côté de saint Jean, élevez-vous vers cette Jérusalem » céleste, dont les fondemens ont pour inscription le nom » des douze apôtres, et vous verrez qu'il s'agit unique- » ment ici de la gloire réservée à ces héros, dont Jésus- » Christ distingue le mérite dans les cieux comme ils se » sont distingués sur la terre, par leur zèle et leurs tra- » vaux pour l'établissement de son Eglise . . . montrez- » nous, tant que vous le voudrez, Paul et Jean, appelés » fondemens de ces parties de l'Eglise qu'ils ont conquises » à Jesus-Christ; au moins ne sont-ils pas ce fondement » universel sur lequel Jésus-Christ fait porter toute son » Eglise. Au moins ne montrerez-vous pas qu'il leur soit » dit à eux, comme il est dit à Pierre : je batirai mon » Eglise sur toi, et jamais les portes de l'enfer ne pré- » vaudront contr'elle. Elles pourront donc s'éclipser, ces » diverses parties que Paul ou Jean ont édifiées. Elle » pourra se vérifier sur divers peuples, la menace de

(1) *Petrus Ballerinius de vi ac ratione primatus rom. Pontif. cap.* 13. *n.* 22.

» transporter la foi, qu'ils y avoient plantée, à d'autres » nations; il n'en restera pas moins vrai que l'Eglise fon» dée par Pierre, restera; que l'enfer ne prévaudra jamais » contr'elle » (1). Il ne fut donné ni à Paul, ni à Jean, » ni au reste des apôtres, de pouvoir dire : ces diverses » Eglises que nous avons fondées, vivront jusqu'à la fin » des temps; des pontifes héritiers de nos titres, le seront » à jamais de nos droits et de notre autorité. Hélas ! ils » l'auroient dit en vain; ils se sont effacés, tous ces titres. » Dans Ephèse, à Corinthe, à Pergame, à Jérusalem mê» me, et dans toutes ces autres églises édifiées par eux, » nous cherchons inutilement des pontifes qui nous mon» trent les droits de l'héritage, dans une succession ja» mais interrompue. Dans toute l'histoire de l'Eglise il » n'est qu'une exception; et c'est pour Pierre seul qu'elle » existe. Seul il vit aujourd'hui dans cette longue chaîne » de pontifes, successivement héritiers de son siége. Seul » il tient cet anneau qui unit, et qui seul désormais peut » unir la mission de l'Eglise et de tous ses pasteurs, de » tous ses évêques, archevêques, primats ou patriarches, » à la missiou de Jésus-Christ. L'étendard de Pierre, » toujours arboré sur son Eglise, est encore l'etendard des » fidèles. Il flotte au Vatican, et chaque jour le rend plus » merveilleux dans sa durée... Pierre du haut des cieux, » tenant encore la chaîne des Pontifes, et leur trasmet» tant d'âge en âge ses clefs et sa houlette, nous dit en» core par eux, comme pendant sa vie mortelle : voilà » l'Eglise qui est fondée sur moi. J'en ai reçu l'empire de » Jésus-Christ, et vos Pontifes le reçoivent de moi » (1).
Clarissimum quoque Muzzarelli audire praestat de Ec-

(1) *Barruel du Pape t. 1. chapitre 6.*
(2) *Ibid.*

clesia Romana ita scribentem: « Essa rimonta per una non interrotta serie di Pontefici sino al di lei primo vescovo s. Pietro, su cui Gesù Cristo ha fondata la sua Chiesa, e quindi nella legittima successione de' suoi pastori mostra la sua progressiva stabilità sino al giorno d'oggi. E non son forse i Pontefici di questa Chiesa quelli, che a preferenza di tutti gli altri successori degli apostoli hanno eseguita la missione ricevuta da Gesù Cristo: andate, insegnate a tutte le genti? Da chi furono fondate le Chiese dell'occidente se non da Pietro, e da' suoi successori? Da chi nei secoli di mezzo ha ricevuto il Vangelo la Germania, se non dai Missionarj spediti dalla Chiesa Romana? Chi sono quelli che hanno predicata la fede, e battezzate le genti del nuovo mondo, se non dei Missionarj spediti dalla Chiesa Romana? Chi sono quelli che hanno predicata la fede, e battezzate le genti del nuovo Mondo, se non gl'inviati dai Romani Pontefici? Qual luogo v' è nell'universo, che non mostri un qualche numero di sudditi obbedienti alla Romana Chiesa? Essa ne conta in mezzo agl'Indiani, ai Persiani, e ai Cinesi, ne annovera da per tutto tra gl'infedeli, fra i barbari, e tra gli Eretici, ne addita in più luoghi, provincie, regni, e popolazioni intiere » (1).

(1) *Muzzarelli il buon uso della logica in materia di religione tom.* 11. *par.* 3.

CAPUT XII.

Argumentum Petri Constant pro Rom. Pontificis primatu adstruendo ex eo desumptum, quod ne unus quidem Pontifex deprehenditur qui sibi, seu Ecclesiae suae collatam hanc praerogativam non existimaverit, ut totius Ecclesiae caput foret, nec ulla Christiani orbis Ecclesia ab apostolis, vel apostolorum successoribus fundata reperiatur, cujus praesul se totius Ecclesiae caput affirmare non vereretur.

Tot Pontificum singulari doctrinae, sanctitatisque laude praestantium, quos arrogantiae, aut superbiae non dicam insimulare, sed vel suspicari summae temeritatis fuerit, ne unum quidem deprehendent, inquit Constant, qui sibi, seu Ecclesiae suae collatam hanc praerogativam non crediderit, ut Ecclesiae totius caput foret. Contra vero tot inter et tantas christiani orbis Ecclesias ab apostolis, vel apostolorum successoribus fundatas, nullam offendent, cujus praesul eo venerit ambitionis, ut se totius Ecclesiae caput affirmare non vereretur. Quam studiosi tuendae auctoritatis suae, quam jurium suorum retinentes fuerint Constantinopolitani Praesules, nemo nescit, tamen id summo in honore semper duxerunt, si secundum a Pontifice Romano in Ecclesia locum occuparent. In his dumtaxat excipiendus homo inverecundae frontis luctuosique schismatis princeps Photius, qui praeter alia multa, quae per summam impudentiam scripsit, egit, dixit, hoc etiam una cum suis palam affirmare non timuit, *quando de Romana Urbe Imperatores Constantinopolim sunt translati, tum et primatum Romanae Sedis ad Constantinopolitanam Ecclesiam transmigrasse, et cum dignitatibus regiis Ecclesiae Romanae privilegia translata fuisse.*

Verum hac maxime in re turpiter mentita est iniquitas sibi. Non enim Ecclesiastici, juris adeo rudis, non adeo in historia hospes erat veterator ille, ut per translationem Regiae Sedis nihil quidquam Ecclesiae Romanae de suo primatu decessisse ignoraret. Suum primatum non Imperatoribus, sed supremo rerum omnium moderatori Deo acceptum refert Ecclesia Romana (1). Hinc clarissimus Noghera: « Se qualche Greco Patriarca negò al Papa il » primato, e a sè lo arrogò, egli si mostrò ripugnante alla » tradizione, ripugnante a'Concilj Ecumenici, ripugnante » a se stesso. Sì l' arrogante Fozio condannò prima se » stesso colle sue contradizioni e fu poi condannato da » tutto il Concilio VIII. adunato nella stessa Greca Me- » tropoli, condannato io dico, e deposto, e anatematiz- » zato. Molti Greci poscia aderirono a Michel Cerulario » che rinnovò l'attentato Foziano? Essi pure furono con » lui condannati quali scismatici ed eretici, e recisi dalla » chiesa cattolica » (2).

CAPUT XIII.

Momentum ex eo depromptum, quod Papa sit caput Patriarcharum ex corundem Patriarcharum confessione omniümque consensu.

Nemo suum mentitur in dedecus, egregie scribit Tertullianus, et confessus pro judicato aestimatur. Impossibile est, inquit Pozzolus, Patriarchas, alienam Diaecesim aucupantes ut multi Graeci, et Alexandrini, se ultro Papae submisisse, suorum jurium peritissimos, ea ultro pro-

(1) *Petrus Constant. dissert. de antiq. canon. collection. part.* 1. *n.* 5., 6.

(2) *Noghera tom.* 7 *riflessione* 3.

didisse, Ecclesiae suae fidem ignorasse, et coram universa Ecclesia, vel per orbem totum diffusa, vel in Conciliis oecumenicis collecta cum catholicis omnibus, perfidiam pro fide professos, et Ecclesia silente haereticos, et in Ecclesia vera commendatos. Ipsi auctoritatis tenacissimi, et dignitatis augendae avidi, si sanctos tantum excipias, ipsi pro Papa testentur, adversum se ipsos judicent, ut unusquisque se Judice Romanum Pontificem confirmet, omnium caput Patriarcharum, ovesque suas doceat in Conciliis, et in ipsa fidei professione ubique et solemniter fateatur. Nolunt adversarii nostri Papam judicem in sua causa, et nos Patriarchas recipimus in examine suae causae, et quamvis partes, quarum interest, acceptamus in optimos testes, omni exceptione majores, et velut ab omnibus admissos (1).

Accedit omnium hominum consensus: omnes falli est impossibile. Hic Romani Pontifices a nemine Catholico reprehensi, imo effusis laudibus celebrati, hic Patriarchae omnes in causa propria Judices, hic Metropolitae et episcopi, hic Latini Patres et Graeci, hic oecumenica, et Nationalia Concilia, hic Monachi ipsi, et Clerici, hic Ecclesiasticum, et Laicum forum, hic omnium saeculorum historiae, hic Ecclesia per orbem diffusa, hic iidem Ecclesiae hostes, in eo dogmate confaederati, hic antiquitas, hic divina ipsa traditio, hic scripturae ipsius interpretes, hic eadem scriptura concurrit, hic omnia fidem facientia, et testes omnes citantur, adeo ut in uno capite sunt omnes, et omnium una vox est, Papam Patriarcharum caput Jure Divino constitutum (2).

Ceterum comparemus Patriarchis Papam, et videamus

(1) *Pozzolus de auctoritate rom. Pontif. in Patriarchas lib.* 3. *part.* 2. *cap.* 4.

(2) *Pozzolus de auctor. R. Pont. in Patriarchas lib.* 3. *part.* 2. *cap.* 5

quale sit discrimen. Comparemus cum Praesule Hierosolimae, at nulla est comparatio auctoritatis, cum subjectus fuerit Caesariensi, et in quarto Concilio vix aliquid Diaecesis extensae *cum magna contentione impetrarit.* Comparemus cum Romano Graecum, at per quatuor secula nec Metropolitam ex urbis magnitudine et Conciliis primatum etiam frustra tentante, ubi nullum est Concilium Romani primatus auctor. Comparemus cum Antiocheno, at nec Catholici, nec Ariani Antiochiae unquam primatum ex apostolo Petro dixerunt, ubi innumeri Papae profitentur, et Antiocheni Praesules etiam omnes collecti se Petri cathedrae adhaerere, et Damasum sequi fatebantur. (1) Tandem comparemus ad invicem cum secundo primum, et nulla est Ecclesia ita fidelis, quae toties laudat Petrum quoties Marcum commendat, ubi mille sunt ad Papam appellationes Athanasii ob memoriam Petri honorandam, Petri Joannis Talajae, ubi mille dogmatum decisiones a Romana Sede expetitae, Dionysii, Athanasii, Proterii, Dioscori, ubi epistolam Leonis subscripsit ipse Proterius, et se legere promisit Dioscorus (2).

(1) *Hieronym. epist.* 58.
(2) *Pozzolus de auctorit. R. Pont. in Patriarchas lib.* 3. *part.* 2. *cap.* 6.

CAPUT XIV.

Alterum Barruel argumentum ex eo depromptum quod impossibile sit Christi Ecclesiam agnoscere absque Sedis Petri perpetuitate, et sine hac Sede quaecumque alia Ecclesia inutiliter una, Sancta, apostolica, et catholica dicatur.

Clarissimus Barruel firmiter evincit Christi Ecclesiam sine Sedis Petri perpetuitate agnosci non posse et absque hujusmodi Sede quamlibet aliam Ecclesiam frustra unam, sanctam, apostolicam, et catholicam vocari, quod argumentum cum maximi ponderis sit, et ab Auctore laudato egregie illustratum, ejusdem verba in medium afferre operis pretium esse arbitror. « Le chrétien de bonne foi raisonne, et se dit à lui-même: ce que je sais, ce qui ne souffre ni contestations ni doutes, c'est qu'aujourd'hui, comme au temps des apôtres, elle doit exister, cette Eglise, contre laquelle les portes de l'enfer ne prévaudront jamais . . . Le Dieu qui me commande d'écouter son église, d'adhérer à sa foi, le Dieu qui me punit si rigoureusement si je manque au précepte, m'aura sans doute aussi laissé quelque moyen pour le remplir. Il n'aura pas sans doute voulu m'obliger à suivre son Eglise, sans maintenir le seul signe auquel je puisse la reconnoître. Ce signe devra donc durer autant que le précepte, et la menace, autant que l'Eglise elle-même: ce signe, les premiers chrétiens le trouvoient dans l'union des promesses faites à Pierre, et des promesses faites à l'Eglise. Ils savoient comme nous, que l'Eglise qu'il falloit suivre, celle contre laquelle l'enfer ne prévaudroit jamais, étoit l'Eglise bâtie sur Pierre même. Pierre etait donc le signe qu'il leur avoit donné pour reconnoître la véritable Egli-

se . . . Effacez ce signe, laissez cet étendard disparoître; si personne ne l'a reçu des mains de Pierre, l'armée de J. C. existeroit encore, je ne sais plus où sont ses légions, il n'est plus ni pour vous ni pour moi de point de ralliement; je cherche vainement cette Eglise, qu'il m'étoit ordonné d'écouter et de suivre. »

« Vous me parlez envain de tous ses autres caractères ; vous avez beau me dire, elle est une, elle est sainte, elle est apostolique et catholique: tous ces caractères eux-mêmes comment les distinguer, et que me diront-ils, si vous me les montrez ailleurs que sous Pierre, sous des chefs gouvernant son Eglise avec d'autres droits que les siens? Vous me parlez de l'unité; je sais qu'elle est précieuse à Jésus-Christ. Mais où la montrerez-vous cette unité, quand il n'est plus de chef autour du quel je puisse me réunir comme les apôtres autour de J. C. et comme les premiers chrétiens autour de Pierre ? Je consens qu'elle puisse exister, cette unité lors même que chacun aura le droit d'enseigner sa doctrine propre; je consens que tous ne fassent qu'un par choix dans leurs dogmes et dans leur société; qui me dira que cette unité n'est pas celle de l'erreur, des sistêmes, de l'intérêt et des méchans? Car les méchans out aussi leur unité d'objet et de moyens. Qui me dira que demain, cette unité sans chef, sans lieu commun, ne se dissoudra pas; et surtout, que c'est là l'unité recommandée dans cette Eglise que son Dieu ne rendoit une qu'en réunissant tous ses enfans sous un père commun? Soyez un tant que vous le voudrez, et si vous pouvez l'être; votre unité n'est pas celle de Pierre, votre Eglise n'est pas celle de J. C. fondant et l'unité et l'Eglise sur Pierre.

Et en quoi, je vous prie, consistera votre unité, si vous n'avez pour chef ou Pierre ou l'héritier de sa puissance

et de son étendard ? Sera-ce dans la foi et le dogme ? Mais ce dogme, chez vous qui aura droit de le fixer? Vous me montrez la bible, les livres des prophètes, l'évangile; mais ces livres mêmes de qui les tenez-vous? et de qui savez-vous qu'ils sont réellement les livres des prophètes, l'évangile; s'ils ne sont pas les livres conservés et transmis par l'Eglise de Pierre? Vous retranchez, d'autres ajoutent. Vous traduisez, d'autres traduisent. Vous expliquez, d'autres expliquent. Vous y voyez vos sacremens, d'autres y trouvent les leurs. Je ne vois, moi, que l'Eglise de Pierre sur la quelle l'enfer ne puisse faire prévaloir l'erreur, ni quant à ces livres ni quant à leur vrai sens. J'entends partout ailleurs les discussions, la science de l'homme; et la science de l'homme est bien plus l'art d'ajouter aux sistêmes, aux incertitudes, que de mettre un terme aux erreurs. »

